PETRI RAMI VEROMANDUI, PHILOSOPHIÆ ET ELOQUENTIÆ Regii profeſſoris celeberrimi,

Grammatica,

Ex poſtrema editione aliquot in locis aucta & emendata.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

FRANCOFVRTI
Apud Andreæ Wecheli heredes,
Claudium Marnium, & Ioann. Aubrium.
M. D. XCV.

6.3.c.90

Typographus Lectori S.

Cúm in manus noſtras veniſſet poſtrema Grãmatices editio, quæ Pariſiis prodiit anno ſuperiore 1578, ab autore demũ recognita, ut titulus habet: operæ pretium fore judicauimus, ſi eam quæ hactenus ex noſtra officina exiit, cum illa conferremus. Contulimus igitur, maximúmque inter utramque diſcrimen eſſe comperimus: quædam addita, quædam detracta: multa tranſpoſita, multa denique aliter immutata. Itaque diu dubitavimus utrum prelo committeremus: novam enim a multis audiebamus expeti: ſed veterem tamen etiam a non paucioribus requiri ſciebamus: quippè cui diſcipulos ſuos jam aſſuefeciſſent. Tandem rè ultro citroque agitatâ, nequid præiudicii afferremus ſi alterâm tantum edidiſſemus, viſum eſt utranque edere, lectorique optionem relinquere. Damus ergo utranque, & quidem ex illa collatione non paucis in locis emendatam. Ad hanc autem veterem quod attinet, affirmare tibi poſſum, ab ipſomet autore ſex aut ſeptem menſibus ante obitum fuiſſe recognitam. Vale, nobiſque tui ſtudioſis fave.

PETRVS

PETRVS RAMVS LECTORI S.

SI requiris, lector, quid hæc Grāmatica ſupra cæteras omnes Grammaticorũ artes adferat, certé ut ſit brevitate & facilitate accuratior. Etymologiam enim ſingularũ vocum, deinde conjunctarum ſyntaxim interpretando, fuſas etiam per utramque proſodiam & orthographiam interpretatur: communia ſemel exponit, ut ſyllabæ quantitatem, ut vocis accentum, ſpeciem, figuram, numerũ, vt genera nominum: propria propriis locis digerit. Sic ordinis compendio & claritate totũ dimidio brevius & facilius efficit. Genera autem declinationum & conjugationum, ad infinitam vocum multitudinem apta partitione diſtinguendum, præcipui laboris fuerunt: in quibus ſi contra Grammaticos alia probata, ut pleraque anomala: alia repudiata, ut ſe-

paratam á nominibus grammaticam pronominum & participiorum ut cōmenta in verbis mōdorum & formarum inchoativæ, frequentativæ, deſiderativæ: ut verbi cōmunis: item perſonarum, ut Amantote Amaminor: *ut participiorum tempora; ſed præcipué futurum in* dus: *ſi totam deniq; grammaticæ ſpeciem mutatam miraberis; Scholæ grāmaticæ cauſſam tibi explicabunt.* U*num certé quidem & in etymologia & in ſyntaxi á nobis elaboratum eſt, ut grammatica ex uſu bene loquentium deprompta, & ad eundem uſum apta traderetur. Nihil enim huc ex opinione grammatici cujuſquam tranſlatum, ſed per nos é præſtantibus authoribus obſeruata probataque omnia tibi tradidimus. Vale.*

P. RA.

P. RAMI GRAMMATICÆ LIBER primus.

CAP. I, DE LITERIS.

GRAMMATICA eſt ars bendoquendi. id autem eſt Latinis ltiné. Partes Grammaticæ uæ ſunt, Etymologia & Syntaxis. Etymologia eſt prima pars Grámaticæ, quæ vocum ſingulaum proprietates interpretatur. Vox eſt nota qua unumquodque vocatur. Fit autem é ſyllaba. Syllaba eſt in voce ſonus integer, ut dos, flos: ſic in Dominus, tres ſunt ſyllabæ, do, mi, nus. Syllaba fit é litera. Litera eſt in ſyllaba ſonus individuus: cujus proſodia é poteſtate, orthographia é forma percipitur: eſtque vocalis aut conſona. Vocalis eſt litera quæ per ſe ſyllabam poteſt efficere: eſtque diducta aut cōtracta. Diducta fit ore diducto, lingua ad palatum ſubducta: ut a, e, i.

A, magno rictu, lingua ad palati radices á dentibus reflexa, pleniſſimé ſonat: ut extremus ſonus jn cantu cornicis: vt 1 Georg.

Tum cornix plena pluviā vocat improba voce,
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.

E & i fiunt rictu minore, linguaq; deinceps palatum & inferos dentes feriente.

E, mediocri rictu, lingua medio palato & ge-

nuinis impacta, ſonat pleniús: ut 2 Æneid.

Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.

I, minimo rictu, linguaque extimũ palatum & vicinos & genuinis attingente, ſupero labro renidet anguſtiús: ut Ecl. 8,

Credimus? an qui amãt, ipſi ſibi ſomnia fingũt?

Contracta vocalis fit cõtracto ore, & lingua in oris ſolum depreſſa: ut o, u, y.

O, ſonat pleniore orbe, lingua introrſum reducta: ut 2 Æneid.

Ultrò Aſiam magno Pelopeia ad mœnia bello.

u & y fiunt orbe contractiore, linguaq; deinceps reducta.

u, mediocri orbe, media lingua depreſſa, ſuper labro ſonat altiús: ut Æneid. 5,

Unum pro multis dabitur caput.—

Y, minimo orbe, lingua extrema depreſſa, infero labro ſonat exiliús: ut u liquida in *quis* & *ſanguis*. Georg. 3.

Paſtor ab Amphryſo, vos ſylvæ amnesq; Lycæi.

Conſona eſt litera quæ tantùm cum vocali poteſt ſonare, eſtque ſemivocalis aut muta.

Semivocalis, quæ ſonum tanquam vocalis dimidium efficit. Semivocalis, eſt liquida aut firma. Liquida, diductis labris, inſtar primarum vocalium profertur: ejúſque ſonus emollitur aliquãdo & tanquam liqueſcit: unde appellatur liquida. Sed diductio eſt hîc acutior aut obtuſior. Acutior, ut in es, er, el.

S, precipuo ſono, lingua extremum palatum feriente, dentibus adverſis ſibilat: ut, Ecl. 1,

For-

Formoſum reſonare doces Amaryllida ſylvas.
Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos.
Hic ſibilus in Græcis quibuſdam vocibus fortior ſcribitur Græco charactere zeta: ut in Zopyrus, Zephyrus. In medio autem dictionis ſi Latiné flectatur, geminum ſſ potiús exprimitur: ut in illo Plauti loco, in Menæchmis,
Nō Atticiſſat, ſed Siceliſſat. pro ἀττικίζει, σικελίζει.
R & l, labris minús diductis efferuntur.
R, mediocri ſono, lingua interius palatū feriēte, & circa dētes tremula, ſuſurrat: vt Ennius,
Africa terribili tremit horrida terra tumultu.
L, minimo ſono lingua radices palati feriēte ſonat: pleniús tamen in fine ſyllabæ, vel alteri conſonæ poſtpoſita; remiſſiús, ſibi poſtpoſita; in principio media eſt: ut, 2 Æneid.
Sibila lambebant linguis. —Item 1 Æneid.
—ubi mollis amaracus illum
Floribus & dulci aſpirans cōplectitur umbra.
Diductio obtuſior eſt in em & en.
M, compreſſis ad extremas oras labiis intus mugit, pleniús initió, obſcuriús in fine; mediocriter in medio: ut, 1 Æneid.
Tanta molis erat Romanam condere gentem.
N, lingua in palati cœlum reflexa, labris ſimul extremis & nare tinnit: acutiús quidem in principio & fine, obtuſiús autem in medio: ut 3 Æneid.
Et Lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.
Item 6 Æneid.
His Phedrā Procrinq; locis, mœſtamq; Eriphylē.

Sed de quinque liquidis, quæ olim liqueſcebãt, duæ poſtea ſolæ, r & l, liquidæ remãſerunt.

Semivocalis firma contractis labris inſtar ſecundarum vocalium effertur, & immutabilem ſonũ habet: vnde & firma dicitur, ut jod, vau, ef.

Jod pleniore orbe ſtridet extremo palato & dentibus: ut 1 Æneid.

Jam pater Æneas, & jam Troiana juventus.

Vau & ef ſonant orbe contractiore.

V mediocri orbe, ſupero labro denſiús bombilat: ut 5 Æneid.

——— *breuibusq́; vadis, fruſtraq́; vocantem.*

F minimo orbe, infero labro leniús efflatur: ut 2 Æneid.

Forſitan & Priami fuerint quæ fata, requires.

Muta eſt cõſona quæ ſola dũtaxat conatum quendam mutit. eſtque aperta aut clauſa. Aperta, quæ labris apertis mutit exilius: partim dentibus, partim palato. dentibus, ut Te & De.

T, lingua ſuperos dentes premente, fortiús ſonat: ut Ennius,

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.

D, ſtrictiús lingua inferos dentes & modicé ſuperos afficiendo, molliús ſonat: ut 1 Æneid.

Condebat donis opulentum & numine diva.

Mutiunt palato, Ce, Qu, Ge.

C, lingua exterius palatum & genuinos premente, fortiús ſonat: ut 2 Æneid.

Quo res cunque cadet, unum & commune periclum.

Ka, ſono prorſus eadem eſt litera, & plané

Latinis

Latinis vocibus inu... Ipſi veró C ſuccedit. Q. prorſus eodem ſono: ſed ali... ſcentem ſequente alia vocali, duntaxat a liquetur: ut 2 Georg.

Nunc quo quanque modo poſſis cognoſcere, dicam.

G lingua medium palatum & dentes genuinis vicinos premente, remiſſiús ſonat: ut Æneidos 10,

Agnouit longé genitum præſaga mali mens.

In Cnæus & Cajus G profertur pro C.

Hîc character item Græcus unus eſt in ſcriptura, nomine Ix, pro duabus conſonis cs vel gs: ut in crux & frux: quod agnoſcitur é caſibus crucis & frugis.

Muta clauſa eſt quæ labiis compreſſis interiore bucca mutit: ut Be & Pe.

B quidem arctiús intus continetur: P autem, mitiore ſono ſuccedés, é mediis labiis erumpit: vt 2 Æneid.

Barbarico poſtes auro ſpoliiſq; ſuperbi.

Ha, nota eſt aſpirationis, quæ ſolis vocalibus præeſt: ſubeſt etiam, ſed tantúm in Græca voce, conſonis quatuor: ut hamus, herus, hilum, homo, humus, hydra: Rhodus, thorus, chorus, Phyllis.

Atque hæc eſt diſtributio literarum: quæ adhuc confuſis generum partibus, & compendiis ſcripturę additis, ita enumeratæ ſunt, A, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, u, x, y, z. quibus adde j & v, numerabis viginti quinque. Elementis veró characteres ſunt majores, medij,

finales:quibus utimur initio verſuum & periodorum & propriorum nominum, item in medio, ac fine.

Cap. 2, de ſyllabæ compoſitione & quantitate.

Atque hæc de proſodia & orthographia literæ, quæ eſt ſyllaba ipſa per ſe aut pars ſyllabæ. Syllaba unius literæ, eſt vocalis quælibet, ut a,e,i,o,u,y. Syllaba plurium literarum eſt é vocalibus tantúm, vel é vocali & conſonante miſta. é vocalibus tantúm eſt duabus, & ideo diphthógus appellatur, duarum nempe vocalium in unam ſyllabam comprehenſus ſonus: eaque quadruplex, æ,au,œ,eu: quales ſunt primæ ſyllabæ in ætas, audio, œſtrum, euge. Syllaba é vocali & conſonante miſta plures literas cóplecti poteſt: modó duas, ut as: modó tres, ut ars: modó quatuor, ut Mars: modó quinque, ut ſtans: modó ſex, ubi ſi tres conſonæ antecedant vocalem, duæ tantúm ſequetur: aút ſi duæ antecedant, tres ſequentur: ut in ſcrobs, ſtirps. Sed continuarum conſonantium cójunctio qualis eſt in voce, talis in ſcriptura eſſe debet: ut, quæ conjuncté proferuntur, conjuncté quoque ſcribantur. Hæc etymologia ſpectat præcipué medium ſimplicis vocis: ubi conjungendæ conſonæ ſunt, quæ conjungerentur in principio vocis: quas dividere ſyllabis barbariſmus ſit, Itaque in teſtis, omnis, magnus, aruſpex, ultima ſyllaba eſt ſtis, mnis, gnus, ſpex.

Sylla-

Syllabarum autem diuiſio in Latina dictione (ſecus enim eſt in quibuſdam Græcis) pendet é contraria conjunctione conſonarum. nam quę non conjunguntur, diviſæ ſunt. una lex eſt hîc communis: Si duarum in eadem ſimplici dictione ſyllabarum præcedens deſinat in conſonã, ſequens incipiet á cõſona: itemque ſi hæc á vocali incipiat, illa deſinet in vocalem: & ſi ſimplex conſona ſit in medio, erit ſyllabæ ſequentis, ut in Gallus, pius, pater, ſunt: Gal, lus, pi, us, pa, ter.

Syllaba eſt brevis aut longa. Syllaba brevis eſt, quæ conſtat unico tempore: &, ſi opus eſt, notatur in vocali hoc apice, ˘. Brevis autem eſt primó vocalis ante vocalem ſyllabæ ſequentis in eadem voce: ut prima ſyllaba in Deus. In Gręcis tamen obſervetur ſua quantitas: ut in Δῖος, dīus. Secundó finalis a, e, y, ut muſa, lege, moly. Tertió quælibet vocalis ante finales r, l, t, d, m, b: ut Jubar, nihil, legit, apud, templum, ab. Quartó i & u ante finalem s, ut triſtis, bonus.

Syllaba longa, eſt quæ conſtat duobus temporibus; eaque, ſi quid opus eſt, in vocali notatur hoc apice, ¯. Longa veró eſt natura aut poſitione. Longa naturâ, primó eſt omnis diphthõgus: ut primæ ſyllabæ in ætas, audio, cœna, euge. unius enim vocalis unum ſaltẽ tempus eſt. u tamen in eadem ſyllaba inter q, vel g, & aliam vocalem liqueſcit, & habet ſonum ſextæ vocalis: neque duæ vocales longum faciunt, ut lingua, queror, quis, ſanguis: item inter ſ & a, vel e: ut ſuadeo, ſuavis, conſueſco, conſuetus. Se-

cundó,lõga naturâ eſt i & u in fine dictionis: ut in veni & manu. Tertió, quælibet vocalis ante finalem n & c,ut Titan, ſplen delphin, Xenophon,Phorcyn,(in un autem nulla vox Latina deſinit)illac,halec,dic,hoc,duc. Quartó,a,e, o,ante s finalem:ut amas,doces,nepos.

Longa poſitione ſyllaba eſt, quando ipſius vocalem ſequuntur duæ conſonantes,primo in eadem voce:ut aſt,pax,gaza,Maja,ajo,Pompejus Duplex enim eſt nota compendiaria in ſcribendo,pro duabus ſeparatis ſimplicibus notis:& j in medio duarũ ejuſdem ſimplicis vocis vocalium longa perinde eſt atque x & z. Secundó longa eſt poſitione,quando duarum cõſonarum altera eſt in fine præcedentis vocis, altera initio ſequentis:ut,

——*Deus nobis hæc otia fecit.*

Excipe quando liquidæ,r vel l,in eadem ſyllaba poſt vocalem naturâ brevem, ſequũtur aliquam harum ſeptem conſonantium,t,d,c, g, b, p,f. tum enim liqueſcunt,& ideo ſyllabam faciunt ancipitem:ut arbitror,exedra,volucris, demigro,celebris,apri,Afri:Atlas,Abodlas, Agathocles,Noegla,Hybla, locuples,ciniflo.

O in fine,communis eſt,ut homo,amo:monoſyllaba tamen producuntur,ut ô,ſto,flo,do, pro. Atqui in quantitatis orthographia præcipua ſubtilitas eſt in dubiis, ut mălus arbor, & mālus nõ bonus apice diſtinguatur, ſi ambiguitas metuatur.

Cap.

Cap. 3, de accentu & notatione.

ERgo hæc de partibus vocis. communes vocis affectiones ſunt accẽtus & notatio. Accentus eſt, quo vox velut accinitur: eſtque in unica ſyllaba dictionis, quamvis polyſyllabę, unicus: & quidem acutus, aut hebes. Acuto ſyllaba elevatur. Hebes eſt gravis aut flexus. Gravi, ſyllaba deprimitur: flexo, tum elevatur tum deprimitur. Ita veró ſinguli, ſi quid opus eſt, notantur, acutus ´, gravis `, flexus ^.

Acutus jampridem ſolus pronuntiatur, vel potiús pro quovis accentu mora quædam adhibetur, quæ ſané dicatur accentus. Ergo in monoſyllabis omnibus accentus notus eſt: ut in ſum es, eſt: in diſyllabis penultima habet accentum: ut in bonus, rarus: at in polyſyllabis, penultima longa vel naturâ, ut Romanus vel poſitione, nec tamen anceps, ut ſeneſco.

Si brevis vel anceps ea ſit, accẽtus eſt in antepenultima, ut dominus, celebris, volucris. At in verſu accẽtus ſequitur metri legem: ut 1 Æneid.

——*pecudes pictaq́; volucres.*

Interrogatio mutat accẽtum, & in ultimam transfert. Ter. Eun. *Sed quid ego?* & diſtinctio, ut in una, veró, & in cæteris ambiguis, in quibus & pronuntiandis & ſcribendis diſtinctio hæc erit.

Notatio, eſt qua diſquiritur ſpecies aut figura vocis. Species, eſt notatio qua diſquiritur primáne ſit vox, an aliunde flexa. prima, ut amo:

flexa, ut amabilis. Commutat aliquando ſpecies quantitatem vocum: ut prima ſyllaba in luceo producitur, in lateo corripitur. contrá in lucerna & laterna. Martial. in Apophor.

Dux laterna via clauſſis feror aurea flammis,
Et tuta eſt gremio parva lucerna meo.

Sic ab igni fit igniculus, á navi naucula & ſimilia. Figura eſt qua diſquiritur utrúm vox ſimplex an compoſita ſit: ſimplex, ut doctus, amo: compoſita, ut perdoctus, redamo. Compoſitio veró mutat interdum literas, ut cognoſco pro connoſco: mutat item coniunctionem cõſonarum, itemque diviſionem, ut in abutor, inacceſſus, ſyllaba prior definit in conſonam, poſterior incipit á vocali. Sic abstemius (quia ex abs & temeto compoſita vox eſt) s literam primæ ſyllabę relinquet. Compoſitio etiam interdum quantitatem ſyllabæ commutat: ut omni & cuncti & ſimilia ultimam producunt, quæ corripitur in omnipotens & cunctipotens.

Cap. 4, de nominis generibus.

VOx eſt numeri aut ſine numero: numeri, quæ adſignificat numerum: & quidẽ ſingularem aut pluralem: unde vox numeri ſingularis aut pluralis appellatur. Singularis numerus eſt, quo res ſingularis exprimi poteſt: ut doctus, legit. Pluralis, quo res plures exprimi poſſunt: ut docti, legunt. Vox numeri certis finibus flectitur: unde finita dicitur, quæ numerũ certo flexionis fine definitum adſignificat: ut do-

ut doctus, legit: infinita, quæ non adſignificat: ut nequam, præſto, amare, amandi. Vox numeri eſt nomen aut verbum.

Nomen eſt vox numeri cum genere & caſu. Genus eſt differentia nominis ſecūdum ſexum: eſtq́; ſimplex aut multiplex. Simplex eſt naturale aut fictum: Naturale, maſculinum aut fœmininum. Maſculini generis nomen eſt, cui hic præponi poteſt: qualia ſunt mari aut rebus maris ſpecie cōceptis congruentia, ut Marcus, Catilina, Dinacium, piſtor, architectus, nauta, bonus, doctus, Neptunus, Lucifer, Boreas, Sequana, Aprilis. Fœminini generis nomen, eſt cui hæc præponi poteſt: qualia ſunt nomina fœminæ aut rebus fœminæ ſpecie conceptis congruentia, ut Tullia, Glyceriū, Pallas, obſtetrix, docta, bona. Fœminina item ſunt nomina regionum, urbium, arborum: Regionū, ut Ægyptus, Samos: urbium, ut Roma, Carthago, Lacedæmon: Arborum, ut ceraſus, pyrus. Sed aliquando maſculinum, item fœmininum genus promiſcuum eſt: & idem utrique ſexui convenit: ut aquila pro mare fœminaq́; eſt fœminini generis: paſſer, maſculini. ad diſcernendum autem ſexum dicimus aquila mas, aquila fœmina. Ficti generis nomen eſt, cui hoc præponi poteſt, & neutrum dicitur: ut hoc templum. Speciale nomen aliquando ſequitur nominis generalis genus, ut Eunuchus maſculini generis eſt. at Terent. ait, *Tranſtulit in Eunuchum ſuam*. fabula nempe hîc intelligitur. Albula, quia fluvius,

paratam á nominibus grammaticam pronō-
minum & participiorum ut cōmenta in ver-
bis modorum & formarum inchoativæ, fre-
quentativæ, deſiderativæ: ut verbi cōmunis:
item perſonarum, ut Amantote Amami-
nor: *ut participiorum tempora; ſed præcipué*
futurum in dus: *ſi totam deniq; grammaticæ*
ſpeciem mutatam miraberis; Scholæ grāmati-
cæ cauſſam tibi explicabunt. Unum certé qui-
dem & in etymologia & in ſyntaxi á nobis e-
laboratum eſt, ut grammatica ex uſu bene lo-
quentiam deprompta, & ad eundem uſum a-
pta traderetur. Nihil enim huc ex opinione
grammatici cujuſquam translatum, ſed per
nos é præſtantibus authoribus obſerua-
ta probataque omnia tibi tradi-
dimus. Vale.

P. RAMI GRAMMATICÆ LIBER primus.

CAP. I, DE LITERIS.

GRAMMATICA eſt ars bendo-quendi. id autem eſt Latinis loqui-né. Partes Grammaticæ uæ ſunt, Etymologia & Syntaxis. Etymologia eſt prima pars Grã-maticæ, quæ vocum ſingulaum proprietates interpretatur. Vox eſt nota qua unumquodque vocatur. Fit autem é ſyllaba. Syllaba eſt in voce ſonus integer, ut dos, flos: ic in Dominus, tres ſunt ſyllabæ, do, mi, nus. Syllaba fit é litera. Litera eſt in ſyllaba ſonus individuus: cujus proſodia é poteſtate, orthographia é forma percipitur: eſtque vocalis aut conſona. Vocalis eſt litera quæ per ſe ſyllabam poteſt efficere: eſtque diducta aut cõtracta. Diducta fit ore diducto, lingua ad palatum ſubducta: ut a, e, i.

A, magno rictu, lingua ad palati radices á dentibus reflexa, pleniſſimé ſonat: ut extremus ſonus jn cantu cornicis: vt 1 Georg.

Tum cornix plena pluviã vocat inproba voce,
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.

E & i fiunt rictu minore, linguaq; deinceps palatum & inferos dentes feriente.

E, mediocri rictu, lingua medio palato & ge-

nuinis impacta, ſonat pleniús: ut 2 Æneid.

Degeneremq; Neoptolemum narrare memẽto.

I, minimo rictu, linguaque extimũ palatum & vicinos & genuinis attingente, ſupero labro renidet anguſtiús: ut Ecl. 8,

Credimus? an qui amãt, ipſi ſibi ſomnia fingũt?

Contracta vocalis fit cõtracto ore, & lingua in oris ſolum depreſſa: ut o, u, y.

O, ſonat pleniore orbe, lingua introrſum reducta: ut 2 Æneid.

Ultrò Aſiam magno Pelopeia ad mœnia bello.

u & y fiunt orbe contractiore, linguaq; deinceps reducta.

U, mediocri orbe, media lingua depreſſa, ſuperolabro ſonat altiús: ut Æneid. 5,

Unum pro multis dabitur caput.

Y, minimo orbe, lingua extrema depreſſa, infero labro ſonat exiliús: ut u liquida in *quis* & *ſanguis*. Georg. 3,

Paſtor ab Amphryſo, vos ſylvæ amneſq; Lycæi.

Conſona eſt litera quæ tantùm cum vocali poteſt ſonare, eſtque ſemivocalis aut muta.

Semivocalis, quæ ſonum tanquam vocalis dimidium efficit. Semivocalis, eſt liquida aut firma. Liquida, diductis labris, inſtar primarum vocalium profertur: ejúſque ſonus emollitur aliquãdo & tanquam liqueſcit: unde appellatur liquida. Sed diductio eſt hîc acutior aut obtuſior. Acutior, ut in es, er, el.

S, præcipuo ſono, lingua extremum palatum feriente, dentibus adverſis ſibilat: ut, Ecl. 1,

Formoſum reſonare doces Amaryllida ſylvas.
Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos.
Hic ſibilus in Græcis quibuſdam vocibus fortior ſcribitur Græco charactere zeta: ut in Zopyrus, Zephyrus. In medio autem dictionis ſi Latinè flectatur, geminum ſſ potiús exprimitur: ut in illo Plauti loco, in Menæchmis,
Nō Atticiſſat, ſed Siceliſſat. pro ἀττικίζει, σικελίζει.
R & l, labris minús diductis efferuntur.
R, mediocri ſono, lingua interius palatū feriēte, & circa dētes tremula, ſuſurrat: vt Ennius,
Africa terribili tremit horrida terra tumultu.
L, minimo ſono lingua radices palati feriēte ſonat: pleniús tamen in fine ſyllabæ, vel alteri conſonæ poſtpoſita: remiſſiús, ſibi poſtpoſita: in principio media eſt: ut, 2 Æneid.
Sibila lambebant linguis. —Item 1 Æneid.
—ubi mollis amaracus illum
Floribus & dulci aſpirans cōplectitur umbra.
Diductio obtuſior eſt in em & en.
M, compreſſis ad extremas oras labiis intus mugit, pleniús initió, obſcuriús in fine, mediocriter in medio: ut, 1 Æneid.
Tanta molis erat Romanam condere gentem.
N, lingua in palati cœlum reflexa, labris ſimul extremis & nare tinnit: acutiús quidem in principio & fine, obtuſiús autem in medio: ut 3 Æneid.
Et Lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.
Item 6 Æneid.
His Phedrā Procrinq́ locis, mœſtamq́ Eriphylē.

Sed de quinque liquidis, quæ olim liqueſcebãt, duæ poſtea ſolæ, r & l, liquidæ remãſerunt.

Semivocalis firma contractis labris inſtar ſecundarum vocalium effertur, & immutabilem ſonũ habet: vnde & firma dicitur, ut jod, vau, ef.

Jod pleniore orbe ſtridet extremo palato & dentibus: ut 1 Æneid.

Jam pater Æneas, & jam Troiana juventus.

Vau & ef ſonant orbe contractiore.

V mediocri orbe, ſupero labro denſiús bombilat: ut 5 Æneid.

——— *breuibusq́, vadis, fruſtraq́, vocantem.*

F minimo orbe, infero labro leniús efflatur: ut 2 Æneid.

Forſitan & Priami fuerint quæ fata, requires.

Muta eſt cõſona quæ ſola dũtaxat conatum quendam mutit. eſtque aperta aut clauſa. Aperta, quæ labris apertis mutit exilius: partim dentibus, partim palato. dentibus, ut Te & De.

T, lingua ſuperos dentes premente, fortiús ſonat: ut Ennius,

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.

D, ſtrictiús lingua inferos dentes & modicé ſuperos afficiendo, molliús ſonat: ut 1 Æneid.

Condebat donis opulentum & numine diva.

Mutiunt palato, Ce, Qu, Ge.

C, lingua exterius palatum & genuinos prementе, fortiús ſonat: ut 2 Æneid.

Quo res cunque cadet, unum & commune periclum.

Ka, ſono prorſus eadem eſt litera, & plané

Latinis

Latinis vocibus inutilis. Ipſi veró C ſuccedit. Q. prorſus eodem ſono: ſed ante u vocalem liqueſcentem ſequente alia vocali, duntaxat adhibetur: ut 2 Georg.

Nunc quo quanque modo poſſis cognoſcere, dicam.

G lingua medium palatum & dentes genuinis vicinos premente, remiſſiús ſonat: ut Æneidos 10,

Agnouit longé genitum præſaga mali mens.

In Cnæus & Cajus G profertur pro C.

Hîc character item Græcus unus eſt in ſcriptura, nomine Ix, pro duabus conſonis cs vel gs: ut in crux & frux: quod agnoſcitur é caſibus crucis & frugis.

Muta clauſa eſt quæ labiis compreſſis interiore bucca mutit: ut Be & Pe.

B quidem arctiús intus continetur: P autem, mitiore ſono ſuccedês, é mediis labiis erumpit: vt 2 Æneid.

Barbarico poſtes auro ſpoliisq; ſuperbi.

Ha, nota eſt aſpirationis, quæ ſolis vocalibus præeſt: ſubeſt etiam, ſed tantúm in Græca voce, conſonis quatuor: ut hamus, herus, hilum, homo, humus, hydra: Rhodus, thorus, chorus, Phyllis.

Atque hæc eſt diſtributio literarum: quæ adhuc confuſis generum partibus, & compendiis ſcripturę additis, ita enumeratæ ſunt, A, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, u, x, y, z. quibus adde j & v, numerabis viginti quinque. Elementis veró characteres ſunt majores, medij,

finales:quibus utimur initio verſuum & periodorum & propriorum nominum, item in medio, ac fine.

Cap. 2, de ſyllabæ compoſitione & quantitate.

ATque hæc de proſodia & orthographia literæ, quæ eſt ſyllaba ipſa per ſe aut pars ſyllabæ. Syllaba unius literæ, eſt vocalis quælibet, ut a, e, i, o, u, y. Syllaba plurium literarum eſt é vocalibus tantúm, vel é vocali & conſonante miſta. é vocalibus tantúm eſt duabus, & ideo diphthõgus appellatur, duarum nempe vocalilium in unam ſyllabam comprehenſus ſonus: eaque quadruplex, æ, au, œ, eu: quales ſunt primæ ſyllabæ in ætas, audio, œſtrum, euge.

Syllaba é vocali & conſonante miſta plures literas cõplecti poteſt: modó duas, ut as: modó tres, ut ars: modó quatuor, ut Mars: modó quinque, ut ſtans: modó ſex, ubi ſi tres conſonæ antecedant vocalem, duæ tantúm ſequẽtur: aút ſi duæ antecedant, tres ſequentur: ut in ſcrobs, ſtirps. Sed continuarum conſonantium cõjunctio qualis eſt in voce, talis in ſcriptura eſſe debet: ut, quæ conjunctè proferuntur, conjunctè quoque ſcribantur. Hæc etymologia ſpectat præcipué medium ſimplicis vocis: ubi conjungendæ conſonæ ſunt, quæ conjungerentur in principio vocis: quas dividere ſyllabis barbariſmus ſit, Itaque in teſtis, omnis, magnus, aruſpex, ultima ſyllaba eſt ſtis, mnis, gnus, ſpex.

Sylla-

Syllabarum autem diuiſio in Latina dictione (ſecus enim eſt in quibuſdam Græcis) pendet é contraria conjunctione conſonarum. nam quę non conjunguntur, diviſæ ſunt. una lex eſt hîc communis: Si duarum in eadem ſimplici dictione ſyllabarum præcedens deſinat in conſonã; ſequens incipiet á cõſona: itemque ſi hæc á vocali incipiat, illa deſinet in vocalem: & ſi ſimplex conſona ſit in medio, erit ſyllabæ ſequentis, ut in Gallus, pius, pater, ſunt: Gal, lus, pi, us, pa, ter.

Syllaba eſt brevis aut longa. Syllaba brevis eſt, quæ conſtat unico tempore: &, ſi opus eſt, notatur in vocali hoc apice, ˘. Brevis autem eſt primó vocalis antę vocalem ſyllabæ ſequentis in eadem voce: ut prima ſyllaba in Deus. In Gręcis tamen obſervetur ſua quantitas: ut in δῖος, dī-us. Secundó finalis a, e, y, ut muſa, lege, moly. Tertió quælibet vocalis ante finales r, l, t, d, m, b: ut Jubar, nihil, legit, apud, templum, ab. Quartó i & u ante finalem s, ut triſtis, bonus.

Syllaba longa, eſt quæ conſtat duobus temporibus; eaque, ſi quid opus eſt, in vocali notatur hoc apice, ¯. Longa veró eſt natura aut poſitione. Longa naturâ, primó eſt omnis diphthõgus: ut primæ ſyllabæ in ætas, audio, cœna, euge. unius enim vocalis unum ſaltẽ tempus eſt. u tamen in eadem ſyllaba inter q, vel g, & aliam vocalem liqueſcit, & habet ſonum ſextæ vocalis: neque duæ vocales longum faciunt, ut lingua, queror, quis, ſanguis: item inter ſ & a, vel e: ut ſuadeo, ſuavis, conſueſco, conſuetus. Se-

cundó,lōga naturâ eſt i & u in fine dictionis: ut in veni & manu. Tertió, quælibet vocalis ante finalem n & c,ut Titan, ſplen delphin, Xenophon,Phorcyn,(in un autem nulla vox Latina deſinit)illac,halec,dic,hoc,duc. Quartó,a,e, o,ante s finalem:ut amas,doces,nepos.

Longa poſitione ſyllaba eſt, quando ipſius vocalem ſequuntur duæ conſonantes,primo in eadem voce:ut aſt,pax,gaza,Maja,ajo,Pompejus Duplex enim eſt nota compendiaria in ſcribendo,pro duabus ſeparatis ſimplicibus notis:& j in medio duarū ejuſdem ſimplicis vocis vocalium longa perinde eſt atque x & z. Secundó longa eſt poſitione,quando duarum cōſonarum altera eſt in fine præcedentis vocis, altera initio ſequentis:ut,

——*Deus nobis hæc otia fecit.*

Excipe quando liquidæ,r vel l,in eadem ſyllaba poſt vocalem naturâ brevem, ſequūtur aliquam harum ſeptem conſonantium,t,d,c, g, b, p,f. tum enim liqueſcunt,& ideo ſyllabam faciunt ancipitem:ut arbitror,exedra,volucris, demigro,celebris,apri,Afri:Atlas,Abodlas, Agathocles,Noegla,Hybla, locuples,cinifſo.

O in fine,communis eſt,ut homo,amo:monoſyllaba tamen producuntur,ut ô,ſto,flo,do, pro. Atqui in quantitatis orthographia præcipua ſubtilitas eſt in dubiis, ut mălus arbor, & mālus nō bonus apice diſtinguatur, ſi ambiguitas metuatur.

Cap. 3, de accentu & notatione.

ERgo hæc de partibus vocis. communes vocis affectiones ſunt accẽtus & notatio. Accentus eſt, quo vox velut accinitur: eſtque in unica ſyllaba dictionis; quamvis polyſyllabę, unicus: & quidem acutus, aut hebes. Acuto ſyllaba elevatur. Hebes eſt gravis aut flexus. Gravi, ſyllaba deprimitur: flexo, tum elevatur tum deprimitur. Ita veró ſinguli, ſi quid opus eſt, notantur, acutus ', gravis `, flexus ^.

Acutus jampridem ſolus pronuntiatur, vel potiús pro quovis accentu mora quædam adhibetur, quæ ſané dicatur accentus. Ergo in monoſyllabis omnibus accentus notus eſt: ut in ſum es, eſt: in diſyllabis penultima habet accentum: ut in bonus, rarus: at in polyſyllabis, penultima longa vel naturâ, ut Romanus vel poſitione, nec tamen anceps, ut ſeneſco.

Si brevis vel anceps ea ſit, accẽtus eſt in antepenultima, ut dominus, celebris, volucris. At in verſu accẽtus ſequitur metri legem: ut 1 Æneid.

——*pecudes pictæq; volucres.*

Interrogatio mutat accẽtum, & in ultimam transfert. Ter. Eun. *Sed quid ego?* & diſtinctio, ut in una, veró, & in cæteris ambiguis, in quibus & pronuntiandis & ſcribendis diſtinctio hæc erit.

Notatio, eſt qua diſquiritur ſpecies aut figura vocis. Species, eſt notatio qua diſquiritur primáne ſit vox, an aliunde flexa. prima, ut amo:

flexa,ut amabilis. Commutat aliquando ſpecies quantitatem vocum:ut prima ſyllaba in luceo producitur,in lateo corripitur.contrá in lucerna & laterna. Martial.in Apophor.

Dux laterna via clauſſis feror aurea flammis,
Et tuta eſt gremio parva lucerna meo.

Sic ab igni fit igniculus,á navi naucula & ſimilia. Figura eſt qua diſquiritur utrúm vox ſimplex an compoſita ſit:ſimplex,ut doctus, amo:compoſita, ut perdoctus, redamo. Compoſitio veró mutat interdum literas, ut cognoſco pro connoſco: mutat item coniunctionem cõſonarum,itemque diviſionem,ut in abutor, inacceſſus, ſyllaba prior deſinit in conſonam, poſterior incipit á vocali. Sic abstemius (quia ex abs & temeto compoſita vox eſt) s literam primæ ſyllabę relinquet. Compoſitio etiam interdum quantitatem ſyllabæ commutat: ut omni & cuncti & ſimilia ultimam producunt, quæ corripitur in omnipotens & cunctipotens.

Cap. 4, de nominis generibus.

VOx eſt numeri aut ſine numero: numeri, quæ adſignificat numerum: & quidé ſingularem aut pluralem: unde vox numeri ſingularis aut pluralis appellatur. Singularis numerus eſt,quo res ſingularis exprimi poteſt: ut doctus, legit. Pluralis, quo res plures exprimi poſſunt:ut docti, legunt. Vox numeri certis finibus flectitur:unde finita dicitur, quæ numerũ certo flexionis fine definitum adſignificat: ut do-

ut doctus, legit: infinita, quæ non adſignificat: ut nequam, præſto, amare, amandi. Vox numeri eſt nomen aut verbum.

Nomen eſt vox numeri cum genere & caſu. Genus eſt differentia nominis ſecũdum ſexum: eſtq; ſimplex aut multiplex. Simplex eſt naturale aut fictum: Naturale, maſculinum aut fœmininum. Maſculini generis nomen eſt, cui hic præponi poteſt: qualia ſunt mari aut rebus maris ſpecie cõceptis congruentia, ut Marcus, Catilina, Dinacium, piſtor, architectus, nauta, bonus, doctus, Neptunus, Lucifer, Boreas, Sequana, Aprilis. Fœminini generis nomen, eſt cui hæc præponi poteſt: qualia ſunt nomina fœminæ aut rebus fœminæ ſpecie conceptis congruentia, ut Tullia, Glyceriũ, Pallas, obſtetrix, docta, bona. Fœminina item ſunt nomina regionum, urbium, arborum: Regionũ, ut Ægyptus, Samos: urbium, ut Roma, Carthago, Lacedæmon: Arborum, ut ceraſus, pyrus. Sed aliquando maſculinum, item fœmininum genus promiſcuum eſt: & idem utrique ſexui convenit: ut aquila pro mare fœminaq;, eſt fœminini generis: paſſer, maſculini. ad diſcernendum autem ſexum dicimus aquila mas, aquila fœmina. Ficti generis nomen eſt, cui hoc præponi poteſt, & neutrum dicitur: ut hoc templum. Speciale nomen aliquando ſequitur nominis generalis genus, ut Eunuchus maſculini generis eſt. at Terent. ait, *Tranſtulit in Eunuchum ſuam.* fabula nempe hîc intelligitur. Albula, quia fluvius,

maſculini generis eſt. at Ovidius 4 Faſt. dixit, *Albula pota Deo.* —— aqua ſcilicet intelligitur. Multiplex genus eſt cōmune aut omne. Communis generis nomen eſt, cui hic & hæc præponi poteſt: ut civis, ſacerdos, homo. *Homo nata erat*, Cicero. —*nec vox hominem ſonat*, ait Maro de virgine. Omnis generis, cui hic & hæc & hoc præponi poteſt, ut felix, amans.

Atque è differentia generis nomen eſt ſubſtantivum vel adjectivum. Subſtantivum eſt nomen generis ſimplicis aut ſummum duplicis: Subſtantivum generis unius & proprium majore littera notatur: ut Maro, Horatius. Adjectivum eſt nomen trium generum, vel in uno fine, ut felix, amans: itemque infinita, ejuſmodi, iſtiuſmodi, illiuſmodi, huiuſmodi, damnas, mancipi, nequam, præſto, frugi: vel in duobus, ut fortis, forte: vel in tribus, ut bonus, bona, bonum: acer, acris, acre: ſequeſter, ſequeſtris, ſequeſtre: equeſter, equeſtris, equeſtre.

Cap. 5, de comparatione adjectivorum.

ADjectivis pleriſque comparatio accidit, ut diminutio contrà etiam ſubſtantivis. Cōparationis poſt abſolutum gradus duo nominantur, comparativus & ſuperlativus. Comparativus eſt, qui per abſolutum cum magis explicatur: ut doctior, magis doctus. Superlativus, qui per abſolutum cum maximè explicatur: ut doctiſſimus, maximè doctus. Formatur uterque gradus ex abſoluto fine in i: comparativus,

addito

addito or pro communi genere, & us pro neutro: ut á docti, doctior, doctius: á forti, fortior, fortius: irati, iratior, iratius: præclari, præclarior, præclarius. Superlativus addito ſſimus pro maſculino, ſſima pro fœminino, ſſimum pro neutro: ut doctiſſimus, doctiſſima, doctiſſimum: fortiſſim⁹, fortiſſima, fortiſſimũ. ſic iratiſſimus, præclariſſimus. Si abſolutus deſinat in er, ſuperlativus maſculinus fit addito rimus, fœmininus rima, neuter rimum: ut Niger, nigerrimus, nigerrima, nigerrimum. Sed plerunque é tribus gradibus alius deeſt, alius illegitimé formatur, ut é ſequẽtibus perſpicitur: Exterior, extremus & extimus: Interior, intimus: Inferior, infimus: Ocyor, ocyſſimus: Ulterior, ultimus: Superior, ſupremus: Deterior, deterrimus: Citerior, citimus: Poſterior, poſtremus: Propior, proximus: (unde & novus cõparativus proximior) Prior, primus: Adoleſcens, adoleſcentior: Ingens, ingentior: Infinitus, infinitior: Satur, ſaturior; Senex, ſenior: Iuvenis, junior: Dives, divitior: Siniſter, ſiniſterior, ſiniſtimus: Sacer, magis ſacer, ſacerrimus: Verus, veterior, veterrimus: Frugi, frugalior, frugaliſſimus: Maturus, maturior, maturiſſimus, & maturrimus: Malus, pejor, peſſimus: Magnus, major, maximus: Multus, pl⁹ pro neutro ſingulari tantúm, plurimus: Nequam, nequior, nequiſſimus: Dexter, dexterior, dextimus: Noviſſimus pro extremo ſolus gradũs eſt: Bonus, melior, optimus: Parvus, minor, minimus, & parviſſimus Lucretio: Maledicus, male-

dicentior malediCentiſſimus: Magnificus, magnificentior, magnificentiſſimus: Benevolus, benevolentior, benevolentiſſimus, & ſimilia. Quinque in lis faciunt llimus in ſuperlativo: Agilis, agilior, agillimus: Humilis, humilior, humillimus: Similis, ſimilior, ſimillimus: Facilis, facilior, facillimus: Gracilis, gracilior, gracillimus.

Non comparantur adiectiva in us purum, ut aureus, pius (quamvis piiſſimus ſit Curtio, ſed Ciceroni non probatur: tenuior tamẽ tenuiſſimꝰ, & aſſiduiſſimẽ dicimꝰ: & Idoneior Vlpiano eſt ab idoneus) in dus, ut colendus: in imus, ut opimus: in plex, ut multiplex (ſimplicius Quintiliano placuit) in ivus, ut deliberativus: (feſtivior tamen & feſtiviſſimus) in tinus, ut matutinus: a fero & gero, ut legifer, armiger: aliáque permulta, ut equeſter, ſylveſter, degener, memor cicur, vulgaris, vetulus, Gallicus, Germanicus.

Cap.6, de diminutione.

Diminutivum eſt nomẽ ſine cõparationẽ, ſignificans in eodem genere diminutionẽ ſui primitivi. Finitur autem in io, us, er.

Io, ut ab ardea, ardelio: ab homo, homuncio: à ſenex, ſenecio, apud Afranium, pro vetulo.

Eus, ut ab equus, equuleus. at hæc acus facit aculeus. hi duo fines rariores ſunt. Lus autem maximam turbam continet, l modó ſimplici, modó duplici. ſimplicis l fines ſunt olus, ulus & culus, penultima brevi.

Olus,

Olus, ola, olum fit ab aliquo caſu in o, ut á filio, filiolus, ſic Tulliolus, alveolus, capreolus: filia, Tullia, filiola, Tulliola: item neutra, negotiolum, palliolum. ab homo tamen homulus.

Ulus mutat s nominativi in lus, vt ſervus, ſervulus: gratus, graculus. ſic tãtulus, parvulus: vetus, vetulus, vetula, vetulum: paulus, paululus: á rege, regulus. (at adoleſcens, adoleſcẽtulus) Similiter fœminina, lunula, animula, aquula, ſylvula, mẽſula, literula, furcula. à capite, capitulũ:

Culus, longé plurima habet, quorum pleraque tantúm addunt culus & culum: ut monoſyllaba, flos, floſculus. ſic maſculus, muſculus: á cor, corculum: ſic neutra in us: rus, ruſculum: crus, cruſculum: etiam polyſyllaba, munuſculum, corpuſculum, opuſculum. Sic a lepus, lepuſculus. Sic é comparativis neutris ſunt adjectiva majuſculus, majuſcula, majuſculum: ſic grandiuſculus, minuſculus, celeriuſculus. Sic item ab er & or, ut frater, fraterculus: paterculus: item pauperculus, paupercula, pauperculum: muliercula, matercula: (á venter tamen ventriculus) amator amatorculus: ſororcula. rumor tamen rumuſculus. Quædam præterea mutant o in un, ut homo, homunculus: ſic latrunculus, tyrunculus, carbunculus. (á fur autem furunculus) item fœminina: offenſio, offenſiuncula, ratiuncula, virguncula. Quædam formant á fine is verſo in culus, ut deſinentia in x: dicax, dicacis, dicaculus: á facis, facula: á fornacis, fornacula: á cervicis, cervicula.

Quædam á fine in i, corripiendo ipſius ultimam, ut ſunt deſinentia in is, rs, ns.

Is, ignis, igni, igniculus: ſic dulciculus: item fœminina, ut apicula, navicula. cuticula tamen Iuvenalis produxit:

Cùm bibet æſtivum incontracta cuticula ſole.

Sic á canis, canícula: Perſ.

—inſana canícula meſſes

Vrit.—

Rs, pars, parti, particula.

Ns, fons, fonti, fonticulus. ſic monticulus, ponticulus: ſic lens, lenti, lenticula. Finis in ui tollit u, ut ab artui, articulus: ſic verſiculus: at hoc curriculum, ut geniculum, corniculum: domus, domuncula.

Quædã formant á fine in e, ipſumque e producunt, ut deſinentia in es: ſic á re, recula: a die, diecula: á vulpe, vulpecula. ſic nubecula. á mercede tamẽ, mercedula. Atque hęc de l ſimplici.

Llus, l geminato fit, primum ex nus, na, num: deinde ex er, ra, rum: lus, la, lum.

Nus, ut aſinus, aſina, áſellus, aſella. ſic gemellus, gemella, gemellum: ſic á bonus, bellus, bella, bellum: agnus, agnellus: pugnus, pugillus: unus, ullus: vinum, villum: catena, catella: columna, columnella, & columella: tignum, tigillum: ſic ſignum, ſigillum. attamen a ſcamnum, ſcabellum: á ſcutum, ſcutella: á rana, ranũculus: ab anguis, anguilla.

Er, ager, agellus: liber, libellus. ſic tenellus, cultellus: á puer, puellus, & puella. ſic libella, umbel-

umbella. ſacrum, ſacellum. ſic lucrum, lucellum: flabrum, flabellum,

Lus, la, lum: populus, popellus: catulus, catellus: paululus, pauxillus: ab homulus, homullulus: à codex, codiculus, codicillus: fabula, fabella: tabula, tabella: velum, vexillum: tantulum, tantillum. Ergo precedente l, tanta copia eſt diminutivorum,

Ter. Hic poſtremus finis rarior eſt, ut ſurdaſter, Antoniaſter Ciceroni: paraſitaſter Terentio. Græca etiam quędam Latiné uſurpantur, ut Syriſcus Terentio. Pleraque autem diminutionis ſpeciem tantùm habent, ut cuniculus, tabula, periculum. Atq; hæc de nominũ generibus, deque comparationibus & diminutionibus.

Cap. 7, de caſu, & prima declinatione pariſyllaba.

CAſus eſt ſpecialis terminatio nominis: éſtque ſextuplex, nominativus, genitiv⁹, dativus, accuſativus, vocativus, ablativus. Caſus bini ſimiles ſũt: nominativus & vocativus, in utroque numero: dativus & ablativus, in plurali: ut, magiſter, magiſter: magiſtri, magiſtri. item magiſtris, magiſtris. In neutris autem ſimiles ſunt in utroque numero terni caſus, nominativus, accuſativus, vocativus, & plurales in a: ut templum, templa, tempus, tempora.

Flexio nominis ſecundũ caſus, declinatio dicitur: éſtque pariſyllaba aut impariſyllaba. Pariſyllaba, cuius nominativo ſingulari dativus plu-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

ralis in is pariſyllabus eſt: ut muſa, muſis: dominus, dominis. Eáque duplex eſt. prima, quæ nominativo ſingulari deſinit in *ă* fœmininum, genitivo in æ, dativo in æ, accuſativo in am, ablativo in *ā*: nominativo plurali in æ, genitivo in *ā*rum, accuſativo in *ā*s: ut,

Muſa, muſæ, muſæ, muſam, muſā, muſa. Muſæ, muſarum, muſis, muſas, muſæ, muſis.

Sic bura, amicitia, inimicitia, arena, roſa, ruta, myrica, faba, cepa, geniſta.

Græcæ declinationis primæ pariſyllabæ maſculina in *ās* & in *ēs*, & in *ē* fœminina propria, Græcum finem frequenter hîc retinent, ut Æneas, Æneæ, Æneæ: Anchiſes, Anchiſæ, Anchiſę: Penelope, Penelopes, Penelopæ. Nam in appellativis in es, Latini formam Latinam frequêtiús tenuere: ut, ſophiſta, poëta, geometra, bibliopola. quin & Helena magis quam Helene: grammatica, logica, rhetorica, &c. Patronymica in *ēs* maſculina, & *ē* fœminina, ſunt omnia declinationis hujus: ut Priamides, qui é genere Priami: Nerine, quæ e genere Nerei.

Anomalia numeri. Numero altero rara: ut plurali, eloquentia, ſapientia, & ſimilia ſubſtantiva: itē, adorea, fama, fuga, cholera, gloria. ſingulari, argutiæ, antiæ, aquæ calidæ, epulæ, exequiæ, exuviæ, excubiæ, inſidiæ, inferiæ, induciæ, ſalinæ, ſcalæ, deliciæ, manubię, minæ, nugæ, nuptiæ, valvæ, falę, facetiæ, ferię, thermę, tenebrę, divitiæ, calendæ, cunæ, clitellæ, quiſquiliæ, balneæ, bigæ, quadrigæ, phalerę. Quædā utroque numero

numero declinantur integré, ſed varia ſignificatione: ut Apina & Trica, nomina oppidorum: apinæ & tricæ, pro quiſquiliis: ſcopa violę genus: ſcopæ pro verriculo: (quanquam apud Columellam eſt ſcopula) litera pro elemento, literæ pro epiſtola: Nundina pro dea, nundinæ, quæ nono quoq; die redeunt, tanquam nouendinę: fidicula parva chorda, fidiculæ, quibus rei torquentur: dira ex dirus, dira, dirum, Diræ pro Furiis. Sic numeralia illa, prima, ſecunda, nona, decima, & pluraliter primæ, ſecundæ, nonę, decimę: ſic primitię, cùm adjectivum ſit primitius, primitia, primitiū, & pleraque ejuſmodi. Dica, dicam, dicas, triptoton & dicis Græca forma, ut dicis cauſſa. ſuppetiæ, ſuppetias: repetundarum, repetundis, diptota: infitias, monoptoton.

Anomalia caſus. Genitivus Græcę formæ hîc unus eſt in nomine Latino familias, in compoſitis paterfamilias, materfamilias, filiusfamilias: ſic patres, matres, filiifamilias. Alioqui & familiæ & familiarum dicitur.

Accuſativuus ex Græcis in as habet n ſæpius quám m: ex es vel e, n tantū: vt Æneas, Ænean: Anchiſes, Anchiſen: Penelope, Penelopen.

Vocativus é nominativo in as vel in es, abjicit s, vt Æneā, Anchiſē.

Ablativus ex nominativo in es vel in e definit in ē, vt Anchiſe. Penelope.

Genitivus pluralis contrahitur hîc interdum à poëtis, & ſic notatur:^ 3 Æneid.

Graiugenûmq; domus.

Lucretius 1, *Æneadûm genitrix.*

Dativus & ablativus in ſex ſubſtantivis facit abus: equabus, libertabus, filiabus, mulabus, natabus, deabus. equis tamen, natis, filiis etiam dicitur, ſi ſexus ambiguitas diſtincta ſit. Scævola lege Prædia dixit conſervabus.

Anomalia generis. Adria maſculinum eſt, ſic cometa, planeta, & cætera primę declinationis Græcę: exceptis margarita, charta, cataracta, catapulta, cochlea, gauſapa: quæ Græcé maſculina ſunt. Communia cenſentur verna, conviva, & compoſita á venio, colo, gigno: ut advena, convena: agricola, cœlicola, indigena, terrigena.

Cap. 8, de ſecunda declinatione pariſyllaba.

Declinatio pariſyllaba ſecunda, eſt quæ nominativo ſingulari definit in s, vel r, maſculinum, vel in m neutrũ: genitivo in *ī*, dativo & ablativo in *ō*, accuſativo in um: plurali nominativo in *ī*, vel *ă*, genitivo in *ō*rum, dativo & ablativo in *ī*s, accuſativo in *ō*s vel *ă*.

Caſus Græcus aliquando manet, ut Samŏs, Lesbŏs, pro Samus, Lesbus: Iliŏn pro Ilium, Pergamŏn pro Pergamum: Androgeō pro Androgei, Orpheĭ pro Orpheo, Ilionēa pro Ilioneum, Theſeu pro Theſee, Panthou pro Pãthoë, Cimmeriōn pro Cimmeriorum.

Genitivus ſingularis i gemini reſcinditur interdum á poëtis. Iuvenal.

Antoni gladios potuit contemnere.——

Virg.

Virg.1.Eclog.

Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.

Pluralis autem ſæpe etiam in proſa cõtrahitur, vt deûm, fabrûm, procûm, ſeſtertiûm, virûm, pro deorum, fabrorum, procorum, ſeſtertiorum, virorum.

Aut dominus, domini, domino, dominum, domine, domino: Domini, dominorum, dominis, dominos, domini, dominis.

Sic callus, crocus, hyacinthus, lupinus, portus. Item, Maledicus, cauſidicus, pronubus.

Numero plurali carent, humus, viſcus, fimus, limus; ceſtus, bolus, põtus: contrá ſingulari, inferi, ſuperi, liberi, ludi, faſti, fori, cani, cancelli, poſteri. macte, macti, diptotõ Grammaticis eſt.

Vocativo us in e mutatur. Tria deſinunt in i, filius, fili: genius, geni: meus, mi: Deus vocativo manet. á propriis autem in ius tollitur us, accentu in antepenultimam retracto, vt Antonius, Antoni. In quibus autem j nominativo fuit, vocativo detrahitur us, & conſona redit in vocalem i, quantitate præcedentis vocalis ſeruata, ut Cajus, Cai: Pompejus Pompei.

Nominativus pluralis uſitatus eſt dii vel di, unde diis vel dis.

Genus. hic ſpinus & rubus & libanus, quamvis arborum: contrá hæc alvus, vannus, & humus: ficus, arbor, & fructus, at morbus maſculinum: item hæc domus, domi, domum, ſine vocativo, domo: & plurali tantúm domorum, domos. Poëtis, hic Abydos, hic Lesbos, quamvis

cuſpida. Græca pleraq; fœminina ſunt, ut lecythus, nardus, cryſtallus, balanus, papyrus. at cõmunia ſunt, colus, groſſus, phaſelus. pharus. ſic pinus, penus ſine plurali. hæc atomus Ciceroni, hic Senecæ: hic & hoc vulgus ſine plurali. neutra & ſine plurali pelagus & virus.

Er, ut magiſter, magiſtri, magiſtro, magiſtrũ, magiſter: magiſtro: Magiſtri, magiſtrorum, magiſtris, magiſtros, magiſtri, magiſtris.

Hic eleaſter.

Caſu impariſyllabus. Creſcunt autẽ genitivo penultima brevi, armiger, armigeri: ſignifer, ſigniferi, & cætera a fero geróque orta. ſic aſper, exter, liber, miſer, tener, dexter, gibber, proſper: & ſubſtantiva adulter, ſocer, gener, puer: Iber autem Ibēri, & hinc Celtiber, Celtiberi. proſperus tamen & Iberus adhuc integra ſunt. cæterus ornatus citatur á Catone: puerus etiam olim valuit.

Creſcunt item ſequentia, vir, viri, & inde cõpoſita levir, triumvir, decemvir, & ſimilia: tum ſatur ſaturi.

M, ut ſcamnum, ſcamni, ſcamno, ſcamnum, ſcamnum, ſcamno: Scamna, ſcamnorum, ſcamnis, ſcamna, ſcamna, ſcamnis.

Sic callum, connūbium vel connŭbium: ſic gauſapum, hordeum, electrum, lilium, lolium muſtũ, mulſum, vinum, viburnum, defrutum, cinnamomum vel cinnamum, balſamũ, piſum. ſic ungerum.

Numero plurali carent, aurum, argentum,

acetum, apium, ervum, epulum, ſalum, ſevum, vel ſepum, vel ſebum, ſinum, ſtannum, lethum, b..lum, nihilum, nittum, juſtitium, viſcum, fœn..m, tabum, triticum, delicium, cælum, cœnũ, ga..um, glutinum, butyrum, penum, plumbum: tan..undem, tantidem, diptoton. Singulari carẽt, ..rma, effata, exta, ſata, munia, juſta, vaſa, vinace.., flabra, fraga, teſqua, comitia (comitium tamẽ pro loco, integrum eſt) cibaria, cunabula, crepundia, bellaria, præcordia, parapherna.

Genus. in um deſinẽtia, neutra omnino ſunt, modó non propria maris aut fœminæ: quamvis ſint regionum, ut Illyricum, Noricum: vel urbium, ut Avaricum, Brũduſium: vel arborum, ut cinnamomum, balſamum. Genus autẽ cum terminatione mutant, Avernus, Iſmarus, Mænalus, Maſſicus, Tænarus, Taygetus, Dindymus, Pangæus, tartarus, ſibilus, carbaſus fœmininũ. Plurali neutra ſunt, Averna, Iſmara, Mænala, Maſſica, Tænara, Taygeta, Dindyma, Pangæa, tartara, ſibila, carbaſa. at Elyſium, raſtrum, frenum, pluraliter Elyſii, raſtri, freni, aliquando etiam frena. hi Argi, pluraliter tantúm.

Duplicia præterea quædam ſunt in us & um: ut intubus, ſupparus, jugulus, viſcus, fimus, dupondius, chirographus, commentarius Quintiliano; crocus, clypeus, balteus, baculus, porrus, pileus; intubum, ſupparum, jugulum, viſcum, fimum, dupondium, chirographum, cõmentarium Ciceroni: crocum, clypeum, balteum, baculum, porrum, pileum. Pergamus, &

Pergamum, pluraliter tantúm Pergama. Locus & jocus ſingulariter tãtúm: at pluraliter loci & loca, joci & joca, & varia ejuſmodi nõ modò ... una declinatione, ſed in diverſis, ut ganea, ganeum: menda Ovidio, mendum Ciceroni: amygdala etiam pro fructu & amygdalum.

Cap. 9, de pariſyllabis adjectivis anomalis, quæ pronomina dicuntur.

ADjectiva pariſyllaba ſunt declinationis utriuſque pariſyllabæ: ſed vario genere, ut bonus, bona, bonum. Ex adjectivis pariſyllabis ſunt ea quæ vulgo pronomina dicuntur: é quib. tria, ego, tu, ſui, anomaliã præcipuam, & i noviſſimam dativi ſingularis ancipitem habent.

Ego, mei vel mis, mihi vel mi, mẽ, mẽ: Nos, noſtrum vel noſtri, nobis, nos, nobis.

Hîc uterq; numerus vocativo carere dicitur.

Tu, tui vel tis, tibi, tẽ, tu, tẽ: Vos, veſtrum vel veſtri, vobis, vos, vos, vobis.

Sui, ſibi, sẽ, sẽ: Sui, ſibi, sẽ, sẽ.

Hoc tertiũ caret nominativo & vocativo utriuſque numeri, & genitivi mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, paſſivé uſurpãtur. Ex his tribus oriuntur regularia quinque, meus, mea, meum: noſter, noſtra, noſtrum: tuus, tua, tuum: veſter, veſtra, veſtrum: ſuus, ſua, ſuum. Reliqua ex adjectivis pariſyllabis anomalis, caſus primæ & ſecundæ pariſyllabæ magis oſtendunt. Sedecim ſequentia genitivos habent in us, dativos in i: tria prima genitivum habent in jus.

Hic

Hic hæc hoc, hujus, huic, (quod aliquando monoſyllabum) hunc hãc hoc, hoc hac hoc: Hi hæ hæc, horum harum horum, his, hos has hæc, his.

Is ea id, ejus, ei, cum eam id, eo ea eo: Ei vel ii, (aliquando i) eæ ea, eorum earum eorum, eis vel iis; (aliquando îs) eos eas ea, eis vel iis, aliquando etiam îs.

Idem eadem idem, compoſitum, ſimiliter declinatur.

Quis vel qui, quæ vel qua, quod vel quid; cujus, cui, ultima ancipite, aliquando monoſyllabum, quem quam quod vel quid, quo qua quo, aliquãdo etiam qui omni genere: Qui quę quæ vel qua, quorum quarum quorum; quibus vel quîs; quos quas quæ vel qua, quibus vel quîs. Quis interrogativum vel infinitum eſt: qui & quæ relativum, aliquando etiam interrogativum. 2. Philip. Qui tum inde reditus? Quid ſubſtãtivè, quod adjectivè ſumitur. Qui quater cõponitur, ut quilibet, quicũque, quivis, quidam. Quis autem, in compoſitione aliás præcedit, ut in quiſquis, quiſque, quiſquam, quiſnam, quiſpiam: atque in omnibus ſuperioribus fœmininum tantúm in æ definit, ſicuti neutra pluralia: ut quælibet, quæcumque, quævis, quædã, quæquæ, quæque, quæquam, quænam, quæpiam. quiſquis tamen, quicquid & quoquo, ſoli caſus uſitati: rari autem quæquã & quodquam. Aliàs Quis ſequitur, ut in aliquis, ecquis, ſiquis, nequis, nunquis. fœminina tantúm in a definunt

ſicut neutra pluralia:ut aliqua, ecqua,ſiqua,ne-qua, nunquā. Sequentia tredecim adjectiva in ius i lōga deſinunt genitivo: iſte iſta iſtud,iſtius, iſti:ille illa illud,illius,illi: ipſe ipſa ipſum,ipſius, ipſi: alius alia aliud, alîus,alii: unus una unum, & hinc derivata ullus ulla ullum; nullus nulla nullum: uter utra utrum; & hinc compoſita u-terque utraque utrumque, neuter neutra neu-trum: ſolus ſola ſolum, totus tota totum: alter altera alterum, alterius facit i brevi. Tria ex o-mni numero omnium nominū ſunt hexapto-ta:unus,ſolus,totus. At ullus, nullus, alius grā-maticis vocativo carent. in tredecim iſtis geni-tivus & dativus olim analogi fuere; & poëtæ penultimam genitivi interdū corripiunt. Com-poſitum alteruter, alterutra, alterutrum poſte-riore parte præcipué declinatur,alterutrius. Ex his ſequentita octo,alius,alter, is,hic; iſte, ille, ipſe, qui, relativa ſunt alicujus antecedentis: tria,hic, iſte,ille, etiam demonſtrativa:at ſui & ſuus reciproca ſunt proximi antecedentis, ut 4 Fin.

Omnis natura eſt conſervatrix ſui.

Duo reliqua, ambo & duo,ſic declinantur:

Ambo ambæ ambo; amborum ambarum am-borum, ambobus ambabus ambobus, am-bos ambas ambo;ambo ambæ ambo,ambo-bus ambabus ambobus.

Duo duæ duo duorum duarum duorum, duo-bus duabus duobus,duos duas duo, duo duæ duo,duobus duabus duobus.

Ambo

Ambo & duo pro ambos & duos aliquando leges. Atque hæc de pariſyllaba declinatione.

Cap.10, de prima declinatione impariſyllaba.

Declinatio impariſyllaba, eſt cujus nominativo ſingulari dativus pluralis impariſyllabus eſt. Finitur autem ſingulari genitivo in is, dativo in i, accuſativo in em vel in neutralem finẽ, ablativo in e: plurali nominativo & accuſativo in es vel in a, genitivo in um, dativo & ablativo in ibus. Caſus Græcus aliquando manet: ut accuſativus, Parin, Pallada, & vocativus detracto s Pari, Palla. Impariſylllaba declinatio duplex eſt: prima, cujus genitivus ſingularis non creſcit, & fines habet e, s, r.

E, is, neutrum eſt, ut mantile, mantilis, mantili, mantile, mantile, mantili: Mantilia, mantilium, mantilibus, mantilia, mantilia, mantilibus.

Sic ſine plurali lacte lactis inuſitatum: unde contractum eſt lac, lactis: hæ lactes lactium lactibus ſine ſingulari. mille ſubſtantivum ſingulariter aptoton, pluraliter integré declinatur: adjectivũ plurale tantúm eſt & aptoton. neutra item conclave, Præneſte: & adiectivorũ finis, dulce, triſte, & ſimilium: & Cære aptoton.

Ablativus hîc ſem per in i deſinit, etiam in adjectivis, ut triſtis triſte, triſti: acer acris acre, acri & ſimilibus.

Nominativus pluralis eſt in ia, ut apluſtria, quod & contractum apluſtra. Singulari ca-

rent altaria, magalia, mapalia:item Agonalia, Saturnalia, Bacchanalia, & ſim ilia dierũ feſtorum nomina:item ſponſalia.

Genitivus pluralis in feſtorum dierũ nominibus eſt etiam ſecundæ pariſyllabæ, ut Agonalium Agonaliorum, Saturnalium Saturnaliorũ, Bacchanalium Bacchanaliorum:quod & in aliis quibuſdam valuit, ut anciliorum pro ancilium: ſic ſponſaliorum pro ſpõſalium, vectigaliorum pro vectigalium.

In s deſinentia fœminina ſunt es & is, genitivo plurali in ium.

Es, is, ut vulpes, vulpis, vulpi, vulpem, vulpes, vulpe: Vulpes, vulpium, vulpibus, vulpes, vulpes, vulpibus. Sic apes vel, apis, apis, apium vel apum:hic & hæc vepres. ſepes, trabes, plebes, etiã contrahuntur, ſeps, trabs, plebs: & hic & hęc adipes, adeps. Sine plurali ſunt indoles, ſtrues, lues, fames, tabes, pubes: ſine genitivo & dativo plurali, ſoboles, labes. Hic Verres: hic & hęc torques, & vates vatium, ſeu vatum: hoc panaces: ſenex adiectivum ſaltem ſingulari. Quædam Gręca finis hujus é prima pariſyllaba huc traducta ſunt:ut Æſchines, Æſchinis: Ariſtides, Ariſtidis. quędã etiam ipſa prima pariſyllaba declinantur, ut Orontes Orõtis & Orontæ, Timarchides, Timarchidis & Timarchidæ: & genitivus eſt á ſecunda declinatione pariſyllaba:ut, *Immitis Achilli:*item, *Duri miles Ulyſſi*, ab Achilleus & Ulyſſeus.

Is, is, ut corbis, corbis, corbi, corbem, corbis, corbe:

corbe: Corbes,corbium, corbibus,corbes,corbes,corbibus.

Araris,quod & Arar,ſtipis,ſcobis,(unde ſtips, ſcobs) ſtrigilis ab hac ſtrigili,ratis,novalis, buris, Præneſtis. hic mugilis & mugil, ab hoc mugili. Plurali carent ſitis, bilis,cannabis.

Caſus.vis,vis,vim,vi:at integré plurali v ires, virium,viribus:vicem, vice,vices,vicibus,tetraptoton: ambage, ambages, ambagibus: gratis, grate,grates,triptota.

Accuſativo quædam deſinunt in im, ut Ararim,aqualim,ſecurim,ſitim,ravim,tuſſim,cucumim,burim,pelvim. Sic Græca pleraque: ſed n pro m ſæpe capiunt,Syrtis Syrtin,Myſis Myſin, Thais Thain, Tigris Tigrin, Tyberis Tyberin, Daphnis Daphnin, Paris Parin. Quædam habent em vel im,ut reſtis,febris, navis,turris,clavis,puppis.

Ablativus eſt in e vel i,quando accuſativus eſt in em vel im,ut reſte reſti,febre febri,& cętera: quibus adduntur, amnis, anguis, avis, ovis, neptis,claſſis,ignis,unguis,vectis,fuſtis,finis,civis, quæ tamen ſæpius habent e. Per i tantúm deſinit, cujus accuſativus tantúm facit im vel in: ut Neapolin Neapoli,Thetin Theti,Tigrin Tigri, hunc cucumim cucumi: Ararim tamen Arare.

Eodem pertinent maſculina,quæ ex adjectivis videntur facta: ut annalis, annali:ſic affinis, Aprilis, Quintilis,Sextilis,ſodalis,rivalis,familiaris. hæc rudis tantúm rude. Propria autem ſunt analoga, Laterenſis Laterenſe, Iuvenalis

Juvenale, Martialis Martiale.

Nominativus pluralis eſt Sardis, Trallis, non Sardes, Tralles.

Genitivo plurali contrahuntur ſtrigilis ſtrigilum, juvenis juvenum, volucris pro ave volucrum, canis canum, panis panum.

Genus. Maſculina tantúm ſunt aſſis, & inde compoſita, ſemiſſis, treſſis, vigeſſis, octuſſis, decuſſis, centuſſis: ſic acinacis, aqualis, axis, enſis, orbis, majalis, natalis, jugalis, retis, vermis, vectis, faſcis, follis, fuſtis, & cætera in nis deſinentia: menſis, torris, caulis, caſſis, callis, cenchris ſerpens, collis, piſcis, poſtis: & ſine ſingulari, antes, manes, penates. at hic & hæc amnis, anguis, finis, funis, civis, hoſtis, ſentis, ſcrobis, (unde ſcrobs) torquis, canalis, canis, clunis: item adjectivorum primus ille finis, triſtis, dulcis, quorum neutrum eſt in e.

R maſculinũ, ut venter, ventris, ventri, ventrem, venter, ventre: Ventres, ventrium, ventribus, ventres, ventres, ventribus. ſic uter utris utrum, imber ablativo imbre vel imbri: compoſita tamen i tantúm habent, September, October, November, December. ſic declinantur Latina in *ter*, vt accipiter accipitris, frater fratris, & hic & hæc linter lintris, lintrium. ſic é Græcis hæc mater matris: ſic adjectiva alacer alacris, acer acris, equeſter equeſtris, ſaluber ſalubris, volucer volucris, celeber celebris, & ſimiles adjectivorum fines, ablativo in i.

Genitivo cætera, quę in e ablativo tãtúm deſinunt,

deſinunt, ſemper contrahuntur, ut fratre fratrum, matre matrum, patre patrum.

Cap. 11, de ſecunda declinatione impariſyllaba.

Declinatio impariſyllaba ſecunda, eſt cujus genitivus ſingularis creſcit, & maſculinorum eſt.

Genitivus Grecus hic frequenter manet, per os breve: Ovid. 2. Metamorph.

—*ſylvas Erymanthidos ambit.*

Et dativus etiam i interdum corripit. Catull.

Morte ferox Theſeus, qualem Minoidi luctum

Obtulerat. — nam Ovid. OEnon.

Nympha ſuo Paridi. —

E genitivo & accuſativo Græco pariſyllaba quædam formatur: ut elephas elephantis, hinc elephantus elephanti: caſſis caſſidis caſſida, unde caſſida caſſidæ.

Ablativus adjectivorum unius finis, habet e vel i, ut amans amante vel amanti. ſic uber, degener, vetus, artifex, ſupplex, felix: quomodo deſinunt illa contracta Arpinas, Fulginas, cujas, noſtras, veſtras, quæ fuerunt in atis & ate: ſic comparatiua doctior doctius, fortior fortius: ſic verbalia in trix, ultrix, victrix. hoſpes, ſoſpes, pauper, e tantum. Propria autem ex adiectivis facta, ſunt analoga, Clemente, Felice. Ablativus veró adjectivorum plurium finium habet i tantúm: ut triſtis triſte, triſti: acer acris acre, acri.

Nominativus pluralis Græcus es corripit, & inde accuſativus as, ut Garamantes Garamantas. Neutra ex ablativo in e deſinunt in a, ut corpore corpora, poëmate poëmata: at ex ablativo in i habent *ia*, ut concordi concordia, felici felicia. Comparativa tamen detrahūt i, ut doctiora. ſic plura, & complura: (quamvis etiam compluria) ſic vetera.

Genitivus pluralis ex analogo ablativo ſemper contractus eſt, ut honore honorum, milite militum, Cæſare Cęſarum, paſſere paſſerum. ſic doctiorum, & comparativorum omnium.

Incrementum diſtinguitur vocalibus, & in qualibet vocali conſonātibus: a & o producuntur: e, i, u, y, corripiuntur.

Creſcentia per a neutra ſunt. æs æris olim ærium æribus: at hic præs prædis, & fœminina fæx fæcis: ſic laus laudis, fraus fraudis, & ſine ſingulari fauces faucium.

As, aſis: ut vas vaſis ſingulare tantùm: at hic as aſſis aſſium.

As, aris: ut, hic mas maris marium.

Ar, aris: pulvinar pulvinaris. ſic contracta illa, laquear, lucar, calcar: quæ ideo in i deſinunt ablativo: Nār Naris aliquando etiam neutrum: at ſine plurali jubar jubăris, nectar nectăris, bacchar bacchăris herba, quæ & baccharis: Hamilcar Hamilcăris, Cæſar Cæsăris, Lār Lăris Larium. (Lar etiam Lartis nomen viri) ſic adjectivum pār păris, & inde compoſita impar ſepar, diſpar, compar. far farris ſine genitivo & dativo pluralibus. Al-

Al,alis: minutal minutalis, cervical cervicalis, quæ videntur contracta ex neutrali in ale, ſicut animal, vectigal, tribunal, puteal, quæ ideo i ablativo habent. Hoc Iſpal, quamvis urbis nomen. Maſculina corripiunt a, Aſdrubal Aſdrubalis, Hannibal Hãnibalis: ſãl ſãlis maſculinum integrum, & ſine plurali, neutrum.

An, anis: hic Titan Titanis: ſic Pæan, Pan. at hæc caro carnis carnium,

A, ătis eſt Græcum: thema thematis, poëma poëmatis. ſic Zeugma, quamvis urbis nomen. quę dativo & ablativo plurali pariſyllabicé Æolico more flectuntur, ut emblematis, poëmatis. hepar autem hepatis ſine plurali.

As, atis, fœmininum: vt civitas civitatis civitatium & civitatum. nempe in as polyſyllaba ſæpe contrahuntur. item etiam pluralia caritas & facultas: ſic raró pluralia bonitas, probitas & ſimilia ſubſtantiva. anas tamẽ anătis. Adjectiva noſtras & veſtras ſunt analoga.

Ars artis: ut fœminina ars artis artiũ pars partis partium: quorum compoſita mutant a in e.

Ans, antis: amans amantis, adjectivum: hic ſextans, dodrans, quadrans. ſic adamas, elephas, Acragas, Calchas, Garamas, & Græca ſimilia.

Ax, actis: Aſtyanax Aſtyanactis, Hylax Hylactis.

As, ădis, maſculinum: ut vas vadis. ſic Græca nõ ſolũm maſculina, ut Arcas arcadis arcadum, ſed fœminina, ut decas decadis, monas monadis. ſic Dorcăs, dipſăs, Pallăs: ſic patronymica Æetiăs Æetiadis, Phaëthontiăs Phaëthontiadis, & ſi-

milia. Hæc glans glandis glandium.

Ax, acis, fœmininum: fornax fornacis fornacium. at abax abăcis, ſmilax ſmilăcis, panax panăcis, pax pacis ſine genitivo & dativo pluralibus: ſic adjectiva audax, capax, fallax, & ſimilia. Polyſyllaba reliqua in ax ſunt maſculina. Thrax Thracis. ſed ſequentia corripiũt a, Atax, Atrax, anthrax, Syphax Syphăcis vel Syphācis, ſtyrax, dropax, colax, Candax, Pharnax. Communia autem ſunt limax limaxis, calx calcis pro parte pedis, at fœmininum pro lapide cocto: hæc arx arcis arcium, hæc falx falcis falcium, hæc lanx lancis lancium: hæc phalanx phalangis. at hic Briax Briacis.

Abs, Abis: ut, Arabs Arabis, hæc trabs trabis trabium.

Aps, apis: ut, hæc lælaps lęlapis, daps dapis dapium.

Creſcentia per e. Græca quædam neutra, ut Argŏs, epŏs, melŏs, hippomanĕs, cacoëthĕs, Gręco more per *eos* puré flecterentur: at Latiné nõ declinantur.

Quædam in ēs fœminina declinantur item puré, in eï pro eïs: ut,

Res, rei, rei, rem, res, re:

Res, rerum, rebus, res, res, rebus.

Genitivus ſingularis hîc tantùm ſimilis eſt dativo, & habet ei pro eis, e producta, ſi utrinq; vocali i includatur, ut ſpecies ſpeciei, facies faciei: ſecus, correpta eſt, ut plebes plebĕi, fides fidei, ſpes ſpei, unde adjectivum monoptoton

expes.

expes. Dies diei communis generis ſingulariter maſculini tantúm pluraliter: at hic meridies. Sed iſtorum nominum pleraque es in a verſo, pariſyllaba prima declinãtur: ut luxuries luxuriei, & luxuria luxuriæ. Pluralis numerus, exceptis res & dies, hîc rarus eſt.

Es, eris: Ceres Cereris, ſic ſuprà hoc æs æris.

Is eris: ut communia cinis cineris, pulvis pulveris.

Us, eris, neutrum: acus aceris, holus, onus opus, hulcus, ſidus, ſcelus, rudus, latus, munus, vellus, viſcus, vulnus, fœdus, funus pondus, Venus Veneris: vetus veterum, adjectivum.

Er, eris: anſer anſeris, later lateris, carcer carceris, paſſer paſſeris, vomer vel vomis vomeris. adjectiva huber, degener, pauper genitiuo plurali huberum, degenerum, pauperum. Luceres & proceres ſine ſingulari. Juvenalis tamẽ dixit,

Agnoſco procerem.

Adde (quamvis arborum nomina ſint) hoc ſiler ſileris, hic aut hæc aut hoc ſuber ſuberis. at hæc mulier mulieris. Græca aēr aēris, æther æthēris ſine plurali, cratēr cratēris declinationem & proſodiam Græcam ſequuntur: ſi charactēr charactēris, & cætera in er longum: quod accidit quoties genitivus eſt in ēris.

Genus. Terræ fructum ſignificãtia in er neutra ſunt ſine plurali, ut ſiſer ſiſeris, (Plin. tamen lib. 20. cap. 5. dixit, Hiceſius ideo ſtomacho utile videri dixit, quoniam nemo tres ſiſeres edendo continuaret) laſer, cicer, papaver & pro plan-

ta & fructu, piper: hic vel hæc tuber pro fructu arboris, hæc laver Plinio: at hic cucumer vel cucumis. ſic neutra ſunt acer aceris quāvis arbor, & quod olim itiner poſtea iter itineris, uber uberis ſubſtantivum. ſic ſpinter, à juger nominativo inuſitato eſt jugeris jugere, & plurali caſus omnes: vēr vēris ſine plurali, cadaver integrū: ſic à verber, quod rarū eſt, caſus reliqui uſitati.

El, longum, ēlis: Raphaël Raphaëlis. ſic Daniel, Michaël: & neutra mel mellis ſine genitivo & dativo plurali: fel ſine plurali.

Ems, emis: ut hyems hyemis fœmininum.

O, longum, ēnis: ut Anio Anienis, Nerio Nerienis uxor Martis; unde Neriene Nerienes, & Neria Neriæ.

En, ēnis: attagēn attagenis. ſic ſplen, ren, lien, lichen: & fœmininum Siren Sirenis, unde Sirena Sirenæ.

ēs, ētis: hęc ſeges, teges, communia interpres, indiges: adjectiva ſingulari hebes, teres, perpes, præpes: at hic ariēs, & pariēs, & hæc abiēs. impetis autem, impete, impetibus, triptotō maſculinum. Quædam cadūt in ętis: ut fœminina quiēs quietis, requies requietis & requiei, ſic adjectiva ſingulari inquies & locuplēs: ſic Græca maſculina in ēs, ut lebes lebetis, magnes, tapes & propria Mendes Mendētis & Mendis: ſic Thales Thalētis & Thalis, Chremes Chremētis & Chremis, & ſimilia: ſic Cæres Cæretis & Cæritis commune.

Ens, entis: ut hic dens dentis, tridens tridentis:

tis: hæc lens lentis, mens mentis: hic & hæc bidens bidentis, ſerpens ſerpentis, rudens rudentis, cliens cliētis, parens parentis parentium vel parentum communia: item adjectiva amens, demens: ſic docens, legens, ambiens.

Oīs, oëntis: ut, Simois Simoëntis, Pyrois Pyroëntis,

Ers, ertis: ut expers expertis, ſic iners.

Es, edis, pauca ſunt: ut pēs pedis, & fœminina compēs compedis: hæc mercēs mercēdis: commune hærēs hærēdis. ſic ſupra hic præs prædis.

Ens, endis: libripens libripendis, hic & hæc nefrens, hæc lens,

Ex, ecis: reſex reſecis: (at halec halēcis fœmininum integrum, aut neutrū ſine plurali) Myrmex Myrmēcis, vervex vervēcis: at fœminina nex necis, precis precum, & ceteri caſus ſine nominativo ſingulari. hæc fæx fæcis, hæc merx mercis, integra.

Ex, egis: ut, aquilex aquilēgis. Lelex lelēgis, grex grēgis: rex rēgis, hæc lex lēgis, unde exlex exlēgis adjectivum.

Eps, ēpis: ut ſeps ſepis pro ſerpente.

Creſcentia per i: glīs glīris glirium.

Il, ilis: Sil, ſilis neutrum. ſupellectilis olim, unde contractum ſupellex ſupellectilis, ablativo ſupellectile vel ſupellectili fœmininum ſine plurali: hic & hæc pugil pugilis pugilum: vigil vigilis vigilum, ſic pervigil, adjectiva ſingulari.

O, inis: Apollo Apollinis, turbo turbinis. ſic deſinētia in do & go, quę fœminina ſunt, ut ſinē

plurali ſiligo, item integra lanugo lanuginis: ſic libido, formido. ordo tamẽ & cardo maſculina; homo, & ſine plurali nemo, margo, cõmunia.

ĕn, inis, neutrum: ut omẽ ominis, & ſine plurali gluten. ſic nomen, fulmẽ, flumen. at maſculina ſunt á cano, oſcen, liticen, lyricen, fidicen, tibĭcẽ, (unde & fidicina, tibĭcina) tubicen, cornicen. ſic pecten, & pro ſacerdote flamen. & olim hoc ſanguen & hoc pollẽ: at poſtea hic ſanguis, ſanguinis ſine plurali, & hic pollis pollinis.

In, inis: ut delphin & delphĭs delphinis, unde delphinus delphini. Salamin, quod & Salamĭs, Salamĭnis, unde Salamina Salaminæ.

ĕs, itis: ut, ames amitis, ſtipes, limes, fomes, termes, tudes, trames, ceſpes, gurges, palmes, poples: hæc merges, hic & hęc ales, antiſtes (unde antiſtita) eques, veles, miles, cocles, comes, pedes, & adjectiva ſingulari hoſpes, ſoſpes: (unde hoſpita, ſoſpita) item dives.

ĭs, ĭtis: Samnis Samnitis Samnitium & contracté Samnitum, Dis Ditis, Quiris Quiritis Quiritium & aliquãdo Quiritum: & fœminina lis litis litium, charĭs charĭtis: cælĭtes ſine ſingulari commune.

Ut, itis: caput capitis neutrum: ſic occiput occipitis, ſinciput ſincipitis: & hinc adjectiva anceps ancipitis, biceps bicipitis, præceps præcipitis. quę contracta ſunt ex ancipes, bicipes, pręcipes.

ĕs, idis: ut á ſedeo communia, obſes obſidis, reſes reſidis, deſes deſidis, præſes præſidis.

Is, idis: lapis lapidis, hęc cuſpis cuſpidis: ſic fœminina

minina Græca, ægis, aſpis, aclis, ibis, tyrannis, caſſis, capis, cenchris; (accipiter) pyramis, pyxis. ſic patronymica Græca grçcé flexa, ut Æneis Æneidos & ſimilia. Crenis tamen Crenīdis, Neſis Neſidis, Pſophīs Pſophidis.

Id, idis: David Davidis.

Ex, icis, polyſyllaba mutant e in i, ut apex apicis, ramex ramicis, latex laticis, vortex & vertex vorticis, & verticis: caudex caudicis, & codex codicis, podex podicis. at hæc carex caricis, & vibex vibīcis: communia autem obex obicis, imbrex imbricis, ſilex ſilicis, cortex corticis, culex culicis, pumex pumicis. adjectiva ſingulari artifex artificum, opifex opificum, illex illicis. at ſupplex ſupplices & ſupplicia.

Ix, icis: ut ibix ibicis, calix calicis, varix varicis, & ſimilia: Cilix gētile: at fœminina hyſthrix, ſalix, filix, fornix, coxendix, pix ſine plurali: commune, natrix ſerpens. at producunt i genitivo maſculina ſpadix, phœnix, piſtrix piſcis, & quæ fœminina sūt radix, lodix, cervix, perdix, victrix etiā victricia plurali. ſic adjectiva felix pernix.

Ex, igis: remex remigis.

Ebs & ibs, ibis: cælebs cælibis cōmune, Libs Libis ventus.

Eps, ipis, fœminina: forceps forcipis, ſtirps ſtirpis cúm de prole, at de planta communis generis. princeps principis principum commune: adjectiva municeps, particeps, municipum, participum.

Ix, ivis: ut hæc nix niuis.

Creſcentia per o Græca quædam puré flectũtur, ōs ōis: ut heros herois, Minos Minois.

Os, oſſis; ut, ŏs oſſis oſſium. ſic exŏs exoſſis.

Os, ōris: vt mos moris. ſic flos, at ros roris rorium: & hæc glos: hoc os oris orium.

Or, ōris: ut rumor rumoris: ſic honor, labor, vapor, clamor; quæ & honos, labos, vapos, clamos: & ſine plurali ſopor: primores ſine numero ſingulari. Caſtor Caſtŏris, rhetor rhetoris, & Græca ſimilia per ο μικρὸν creſcentia. hæc arbor, (quod & árbos,) arbŏris. adjectiva ſũt ſingulari, author authoris, memor memŏris: neutra ſunt o correpta æquor æquoris, ador adoris ſine plurali, marmor marmoris: comparativa in oris, doctior & doctius doctioris.

Us, ŏris, neutra: litus litoris. ſic nemus, facinus, fœnus, tergus, tẽpus, decus, corpus: & hinc orta adjectiva, bicorpor, tricorpor: pecus, pectus, penus, pignus. hic lepus leporis. ſpecus neutrum monoptoton.

Ur, ŏris, quatuor neutra habent, ebur vel ebor eboris; robur vel robor roboris etiam pro arbore: jecur, jecoris, jecinoris, jocinoris: femur femoris.

Ol, olis: ut Sol ſolis, quod unicum eſt in ol.

O, onis: harpago harpagonis. ſic aquilo aquilonis, udo, ligo, titio: Turbo gladiator, cento, cudo, hæc unedo; aleo autem grammaticis monoptoton videtur: hic Sulmo, quãvis urbs, bubo bubonis commune.

Græca illa contracta ętas Ciceronis & Cęſa-

ris

tis ad Latinam analogiam declinavit per ō, Io Ionis, Dido Didonis, Calypſo Calypſonis. ætas Quintiliani Græcam declinationem ſecuta eſt, Dido, Didûs, Dido, Dido. auream illam ætatem malo.

In io verbalia ſunt fœminina. ut ratio, religio, legio, natio: ſic ditio, ac ſine plurali contagio, talio. at hic pugio.

On, onis: Triton Tritonis, trigon trigonis, Agamemnon Agamemnonis, canon canonis. at hæc ſindon ſindŏnis, & icon: hic & hæc Python.

Os, ovis: hic & hæc bōs bŏvis, & pluraliter boves boum bobus & bubus. hic Jupiter Jovis.

Os, otis: nepos nepotis. at hæc cos cotis cotium, & dos dotis dotium, & communia ſacerdos ſacerdotis, compōs compŏtis, impōs impŏtis. at pleraque Græca maſculina per ō, ut Eros Erotis, Rhinoceros Rhinocerotis.

Ors, ortis: hæc mors mortis, ſors ſortis ſortiũ: (ut & compoſita adjectiva conſors, exors) cohors cohortis cohortium: fors forte diptoton.

Ons, ontis: ut mons montium, fons fontiũ, pons pontium. at hęc frons frontium: diptoton ſpontis ſponte: ſons ſontis adjectivum.

On, ontis: ut Charon Charontis, Phaëthon Phaëthontis, & ſimilia Græca.

Os, odis: cuſtos cuſtodis commune.

Us in ōdis vertunt quædam Græca: tripus tripodis. ſic OEdipus OEdipodis: unde OEdipodes OEdipodæ, & OEdipus OEdipi.

Or,ordis: ut hoc cor cordis cordiũ. ſic compoſita excors,ſocors,vecors,cõcors, diſcors.

Ons, ondis: ut hæc frons frondis frondium.

Ox,ŏcis: volvox volvocis,& adjectiva atrox, velox,ferox.at Cappadox Cappadŏcis, hæc celox celŏcis: præcox adjectivum præcŏcis & præcŏquis,at hæc nox noctis noctium.

Ox,ogis: ut Allobrox Allobrŏgis.

Ops, ŏpis: ut Cercops Cercopis, Cyclops Cyclopis,conops conopis,hydrops hydropis: at Æthiops Æthiŏpis, Cecrops Cecrŏpis, Dolops Dolŏpis. Ops ŏpis dea: at ſine nominatiuo ŏpis opi opem ope,pro auxilio & poteſtate; & pluraliter integré,ŏpes opum,pro divitiis,unde adjectivum inops inopis inopum.

Creſcentia per u.

Us,uis,commune: ut ſūs ſuis,grūs gruis.

Quædam in us declinantur item puré per ūs pro uis: ut,

Cenſus,cenſus,cenſui,cenſum,cenſus,cenſus Cenſus,cenſuum cenſibus,cenſus,cenſus,cenſibus. ſic ſinus quod antea ſinum fuit. fœminina ſunt acus, idus ſine ſingulari ,ficus arbor & fructus,manus,tribus,domus ſine ablativo ſingulari,porticus,penus ſine plurali, ſpecus autẽ & colus communia.

Ieſus,Ieſu,Ieſu,Ieſum, Ieſu,Ieſu: caſus ſunt é Grȩco ſumpti. Quȩdam neutra ſunt in u ſingulariter monoptota,pluraliter variantur: ut tonitru,tonitrua,tonitruũ,tonitribus: cornu, cornua,cornuum,cornibus: ſic veru,genu. Illa ve-

rò

rò aſtu,noctu,juſſu,injuſſu,permiſſu,promptu, ablativo monoptota ſunt. Dativo & ablativo pluralibus deſinunt in ubus,artus,ſpecus,lacus, tribus,partus,portus quod & portibus.

ūs,ūris neutrum:rus ruris:ſic thus ſine genitivo & dativo pluralibus: jus, crus: ſine plurali pus, plus ſingulariter ſine dativo ſubſtantivum & ablativo pluri, & pluraliter adjectivum plures & plura plurium: & ſine ſingulari complures complura & compluria complurium. ſine ſingulari,hi lemures lemurum, Ligus Ligūris gentile commune:his mūs murium,hæc tellus.

Ur,uris neutrum:murmur murmuris.ſic ſulfur,guttur: ſic (quamuis urbium nomina) Anxur, Tybur: (Anxur aliquando maſculinum) vultur autem,furfur,turtur,maſculina ſunt:augur auguris, fūr fūris communia: cicur cicuris adjectivum.

Ul,ulis:præſul præſulis commune:ſic exul.

ūs,ūtis,fœminina ſunt:virtus virtutis,& ſine plurali ſalus,ſeruitus,ſenectus, juventus, & ſimilia ſubſtantiva:adjectivum intercus intercutis.hæc puls pultis pultium.

ūs,untis: ut Græca Opus Opuntis, Hydrus Hydrūtis,Trapezus Trapezuntis,Ceraſus Ceraſuntis,oppidorum nomina: ſic Aruns Aruntis,ſic Latina iens euntis, & compoſita abiens, obiens,rediens,periens:ambiens tamen ambientis.

ūs,ūdis fœminina:incus incudis: ſic ſubſcus, palus paludis,paludium & paludum: pecus ca-

men pecŭdis. hæc laus laudis, hæc fraus fraudis.

Vd, udis: Bogud Bogudis.

Vx, ŭcis fœminina: nux nucis, crux crucis. & lux lūcis ſine genitivo plurali. Pollux Pollūcis, & cōmune dux dŭcis, adjectiva redux redūcis, trux trucis. fauces fauciū faucib⁹ ſine ſingulari.

Vnx, uncis: ſeptunx ſeptuncis ſeptuncium: ſic deunx deuncis deuncium, quincunx quincuncis quincuncium.

Vx, ugis: frux frūgis fœmininum, conjux (ſive conjunx) conjugis commune.

Bs, bis: ut, urbs urbis urbium.

Ps, pis: ut, hic & hæc auceps aucupis.

Creſcentia per y.

Y, yos: ut neutra, moly molyos, Æpy Æpyos.

Ys, yos: ut, Phorcys Phorcyos.

Yn, ynis: ut, Phorcyn Phorcynis, hæc Gortyn Gortynis.

Yns, ynthis: ut, Tiryns Tirynthis fluvius & oppidum.

Ys, ydis: ut, hæc chlamys chlamydis.

Yx, ycis: ut, Eryx Erycis, ſandyx ſandycis, calyx calycis, Bebryx Bebrycis y ancipiti gentile: hic & hæc bombyx bombycis. hic & hæc lynx lyncis.

Yx, ychis: ut, hic & hæc onyx onychis, ſardonyx ſardonychis.

Yx, ygis: oryx orygis, hæc ſtyx ſtygis.

Ybs, ybis: ut, hic chalybs chalybis.

Yps, yphis: ut, gryps, gryphis.

Cap.

Cap. 12, de nominibus infinitis.

ANalogia impariſyllaborũ adhuc fuit: Nomina numeroq infinita Latinis pauca ſunt, ut neutra frit, git, pondo: & adjectiva opus, nequam, damnas, præſto: quæ utrùm caſibus omnibus uſurpentur, conſiderandum ſit. Sic ſingularia tantùm, inſtar, fas, nefas, neceſſe, neceſſum, nihil, nil, gelu: nauci autem & mancipi pro mancipii genitivi ſunt adjectivum non ferentes: ut frugi pro frugis, quanquam & Cicero dixit bonæ frugi homo. talia ſunt ejuſmodi, illiuſmodi, hujuſmodi, oratio per accentum facta dictio. Nomina numerorum pluralia adjectiva infinita ſunt, quatuor, quinque, & in a, triginta, quadraginta, quinquaginta, ſexaginta, ſeptuaginta, octoginta, nonaginta: ſic centum, mille, tot, totidem, quot, quotquot, aliquot: ſic a, b, c, alpha, beta, & cætera nomina literarum. ſic ſumpta ὀξικῶς, ut clarum mane, ſcire tuũ. Quædam barbara dicuntur infinita, ut Adam, Noë, Aïxi, Illiturgi: quæ Latinè meliùs flecterentur, Adamus, Noëus, Aïxum, Illiturgum, ut Cæſar Gallica virorum & oppidorum nomina Latinè declinavit, ut Orgetorix Orgetorigis, Melodunum Meloduni. Talia ſunt ſinapi, gummi, cepe, Gadir, quę meliùs declinantur ſinapis, gummis, cepa, Gades. ſic ex Cim, Cimum fieret, & ſimilia. Sed hactenus de nominis etymologia: ſequitur de verbo.

FINIS LIBRI PRIMI.

P. RAMI GRAMMATICÆ LIBER ſecundus.

Cap. 1, de Verbo.

VERBUM eſt vox numeri cum tempore & perſona.

Tempus eſt differentia verbi ſecundum præſens, præteritum & futurum Pręſens omne infectum eſt: præteritum & futurum. partim infectum, partim perfectum. Itaque verbi finiti tria tempora ſunt infecta, & totidem perfecta: eaque fermé gemina. Infecta, ut pręſens primũ, Amo, amor: ſecundum, amem, amer: tertium, amarem, amarer. Præteritum primũ, amabam, amabar: ſecundum etiam amarem, amarer. E præterito infecto primo oritur participium nomen, mutato bam vel bar in ns: ut ab amabam, ſedebam, loquebar, amans, ſedens, loquens. Futurum primum, amabo, amabor: ſecundum, ama, amare: amato, amator. amem tamen & amer, etiam futuri poſſunt eſſe, ſicut amarem & amarer. ſecũda & tertia ſingularis futuri ſecundi eſt eadẽ, ut amato, amator. Perfecta, ut præteritum primum amavi: ſecundum, amaverim: tertium, amaviſſem: quartum, amaveram. futurum, amavero vel amaverim: & reliquis perſonis, ut in præterito perfecto ſecundo. Hoc enim

enim etiam ambiguum eſt, ut amem & amarem.

Incremẽto a,e,o, producuntur: ut amabam, amatote, legemus. e tamen ante ram, rim, ro, corripitur, ut amaveram, amaverim, amavero. i & u corripiuntur, ut amamini, legitis, ſumus, volumus, perculi, pepuli. Poëtæ tamen in amaverimus, amaveritis, & ſimilibus, licenter producunt penultimam.

Præteritum perfectum primum fit à ſecunda præſentis, nouiſſima literà s verſa in vi, ut amas amavi, fles flevi, petis petivi, audis audivi.

Contractio præteriti perfecti primi & ab eo derivatorum, longè frequentiſſima eſt, & maximam verborum partem comprehẽdit, ut cupij, audij, amaſti, noſti, ſciſti: & in plurali, ut amavere, docuere, petivere, audivere.

Anomalia præteriti perfecti præcipua duplex eſt: prima, ubi v convertitur in u, ſublata præcedente vocali, ut domas domui pro domavi: ſic habes habui, alis alui, ſalis ſalui.

Anomalia ſecunda eſt, ubi tollitur v cum vocali præcedente, ut juvas juvi, moves movi, defendis defendi, comperis comperi.

Præteriti perfecti diſyllabi prima producitur: ut in flavi, movi, ſevi, ſcivi.

Atque hæc de temporibus verbi finiti. Verbum infinitum eſt perpetuum aut participiale. Perpetuum, quod flectitur per re vel ri vel ſe: re vel ri. præſenti tempore, ut amare, amari: ſe preterito infecto, perfecto, pluſquamperfecto, ut

amaviſſe. Participiale, quod flectitur ſpecie nominalis caſus. éſtque gerundium vel ſupinum. Gerundium, quod flectitur in di & do præſenti & præterito tempore, in dum futuro. primum formatur mutato bam vel bar in ndi, ut amabam amādi, ſedebam ſedendi, loquebar loquēdi. á primo gerūdio duo reliqua oriuntur. E gerundio oritur nomen gerūdivū in dus da dum. Cicero, Quibus tuēdus erat: A Deo nobis cauſſa ordienda eſt. Supinum eſt quod flectitur in u præſenti & præterito, in um futuro: ut amatu amatum.

Supinū primum formatur á præterito perfecto finito primo noviſſimis duabus literis in tu verſis: ut, amavi amatu, juvi jutu, flevi fletu, movi motu, petivi petitu, audivi auditu. ui tamē mutatur in itu, ut domui domitu, habui habitu, alui alitu, ſalui ſaltu pro ſalitu. Hinc participium nomen in us, ut amatus.

Supinum ſecundum fit á primo, addito m, ut ab amatu amatum. hinc participium nomen in rus, mutato m in rus: ut ab amatum amaturus: Atque hæc de tempore.

Perſona eſt ſpecialis terminatio verbi: eáque triplex eſt in utroq; numero: ſingularis prima, Amo: ſecūda, amas: tertia, amat: Pluralis prima, Amamus: ſecunda, amatis: tertia, amant. Hinc verbi forma duplex eſt: prima eſt, quando thema deſinit in o: ac, ſi flecti poſſit in or, activum verbum dicitur, ut Amo, amor: ſi non poſſit, dicitur neutrum, ut Sedeo, ſtudeo.

Secun-

Secunda eſt, quando thema deſinit in or, ac, ſi flecti poſſit in o, dicitur paſſivum: ut amor, amo ſecus dicitur deponẽs, ut loquor. Paſſiva & deponentia perfectis temporibus carent. Supina veró deponentium, á fictis præteritis formantur: ut inſidiatu, veritu, fruitu, mentitu, tanquã ab inſidiavi, verui, fruivi, mentivi. Hinc oritur nomen, addito s, paſſivæ vel deponentis ſignificationis, ut amatus, loquutus. Deponenti etiam paſſiva plerunque ſignificatio hîc eſt: ut Teſtata publicis literis, Meditata omnia.

Verba autem quædam tertia tantùm ſingulari flectũtur, dicũturq; impersonalia, ut Pœnitet, Amatur: quæ thematũ ſuorũ legẽ ſequũtur.

Cap. 2. de prima conjugatione in Bo.

FLexio verbi ſecundum tempora & perſonas, conjugatio dicitur: éſtque in Bo vel in Am. In bo, cujus futurum infectum primùm deſinit in bo vel in bor: formatur autẽ á ſecũda perſona ſingulari temporis præſenti primi cõverſo s vel ris in bo vel bor: ut Amas amaris, amabo amabor: Fles fleris, flebo flebor. Atque in ſecundis perſonis hujus futuri, e corripitur in beris & bere: ut amaberis vel amabere. Conjugatio in bo duplex eſt. Prima, cujus ſecunda perſona ſingularis, tẽporis præſentis primi, deſinit in as activé, vel aris paſſivé. Exemplum primæ formæ ſic eſt:

AMo, amas, amat: Amamus amatis, amant. Amẽ, ames, amet: amemus, ametis, amẽt.

Amarem, amares, amaret: amaremus, amaretis, amarent.

Amabam, amabas, amabat: amabamus, amabatis, amabant.

Amabo, amabis, amabit: amabimus, amabitis, amabunt.

Ama, vel amato, amato: amate, amanto.

Amavi, amaviſti, amavit: amavimus, amaviſtis, amaverunt, vel amavere.

Amaverim, amaveris, amaverit: amaverimus, amaveritis, amaverint.

Amaviſſem, amaviſſes, amaviſſet: amaviſſemus, amaviſſetis, amaviſſent.

Amaveram, amaveras, amaverat: amaveramus, amaveratis, amaverant.

Amavero vel amaverim, ut ſuprá.

Amare: Amaviſſe.

Amandi, amando, amandum:

Amatu, amatum.

Anomalia infect. Ovat grammaticis ſolùm eſt: unde tamē eſt ovans. á iuro fit dejĕro & pejĕro. Dor, der, & for, non dicuntur: dăris tamē, deris, & faris, & inde orta, valent. Dabam & inde orta corripiunt primam incrementi.

Anomalia perfect. E plenis pauca ſunt anomala: Poto potavi potatu & potu, neco necavi necatu & nectu: plico aliquando plicui & plicitu. ſed ſæpius eſt analogū, ut ſemper ējus compoſitum cum ſub vel nomine, ut ſupplico, multiplico, triplico. Seco & frico, ſecui ſectu, fricui frictu. (at ſecaturus tamen, affricaturus, refricaturus

turus Latina ſunt) veto & domo ſunt anomaliæ primæ, juvo ſecundæ: attamen vetavit Perſio dicitur, & juvaturus Salluſtio. Lavo ſine præterito lavatum. Nexo præterito & ſupino carere dicitur: do, dĕdi, datum.

E neutris quædam formant nomina velut á deponenti, ut ab inveteravi inveteratu inveteratus: ſic á juro juratus, á cœno cœnatus, á titubo titubatus. Anomaliæ primæ ſunt, ſono, tono, cubo, crepo: at ſonaturum & intonaturum Latina ſunt: increpavit & diſcrepavit etiam Ciceroniana. Mico micui, emico emicui ſine ſupino: (attamen emicaturus valet) dimico dimicui, ſæpius dimicavi: ſemper autem dimicatu, unde dimicatio. Sto, ſtĕti, ſtătu: unde ſtătus, a, um, & ſtătus, us, ui, quamvis ſtāturus: Aſto, aſtiti, aſtitu & aſtātu: Præſto, præſtiti, præſtitu & præſtătu, unde præſtāturus Ciceroni. Labo ſine præterito & ſupino.

Exemplum formæ ſecundæ.

AMor, amaris vel amare, amatur: amamur, amamini, amantur.
Amer, ameris vel amere, ametur: amemur, amemini, amentur.
Amarer, amareris vel amarere, amaretur: amaremur, amaremini, amarentur.
Amabar, amabaris vel amabare, amabatur: amabamur, amabamini, amabantur.
Amabor, amaberis vel amabere, amabitur: amabimur, amabimini, amabuntur.

Amare vel amator, ametur; amamini amantor. Amari.

Deponentia hîc analoga ſunt omnia.

Cap.3. de ſecunda conjugatione in Bo.

CONjugatio in bo ſecunda eſt, cujus ſecunda perſona ſingularis, tẽporis præſentis primi, deſinit in ēs vel ēris.

Exemplum formæ primæ.

Fleo, fles, flet: flemus, fletis, flent.
Fleam, fleas, fleat: fleamus, fleatis, fleant.
Flerem, fleres, fleret: fleremus, fleretis, flerent.
Flebam, flebas, flebat: flebamus, flebatis, flebãt.
Flebo, flebis, flebit: flebimus, flebitis, flebunt.
Fle, vel fleto, fleto: flete, flento.
Flevi, fleviſti, flevit: flevimus, fleviſtis, fleverunt vel flevere.
Fleverim, fleveris, fleverit: fleverimus, fleveritis, fleverint.
Fleviſſem, fleviſſes, fleviſſet, fleviſſemus, fleviſſetis, fleviſſent.
Fleveram, fleveras, fleverat: fleveramus, fleveratis, fleverant.
Flevero vel fleverim, ut ſuprà.
Flere: Fleviſſe.
Flendi, flendo, flendum: Fletu, fletum.

ANaloga plena pauca ſunt in hac conjugatione, ut vieo, deleo, neo, & compoſita à pleo, expleo, impleo, repleo, compleo.

Neutra etiam pauciora. oleo olui videtur etiam olevi habuiſſe: unde oletũ. & hinc ſũt cõpoſita

poſita exoleo,exolevi,exoletu.ſic aboleo, obſoleo,peroleo.(at oboleo,obolui,obolitu) Sic ſuboleo:ſubolevi,ſubolitu: adoleo autem adolevi,adultu:redoleo,redolui & redolevi, redolitu & redoletu.

Anomalia prima in cæteris tum plenis tum neutris,magnam partem obtinet: ut arceo, arcui,arcitu.ſic habeo,ſorbeo,moneo,taceo, terreo.at torrui toſtu,tenui tentu:(compoſita autem attineo,attinui,attentu.ſic detineo, contineo)doceo docui doctu, cenſeo cenſui cenſu, miſceo miſcui miſtu. Timeo timui ſine ſupino.

Neutra:ſoleo ſolui ſolitu, ſic lateo, liceo, libeo,valeo,mereo,noceo,doleo,caleo, coaleo, pareo,pigeo,pudeo,placeo. at careo caritu & caſſu, frendeo frendui freſſu: tædeo tædui tæſu inuſitatum, unde pertædeo pertædui pertæſu: pateo patui paſſu. Plurima autem neutra in ui caret ſupino,ut egeo egui,oporteo,horreo, humeo,ſileo,ſordeo,ſtudeo,ſtupeo,ſtrideo,ſplendeo,rauceo,rigeo,tubeo,langueo,jaceo, vireo, vigeo,fœteo,fraceo, frondeo, flacceo, floreo, marceo maceo,muceo,niteo,tepeo,torpeo,tumeo,deceo,calleo,candeo,polleo, putreo. Liqueo,licui. Ferveo, ab antiquo ferbeo, ferbui: unde deferbui,cõferbui,& ſimilia.pœnitet imperſonaliter:pœniturũ tamen Quintiliano eſt.

Anomaliæ ſecundæ ſunt reliqua, & ſupinum feré analogũ habent. Fines præteriti ſequemur.

Si,ſu:Suadeo ſuaſi ſuaſu: ſic rideo, mulceo, tergeo. at indulgeo indulſi indultu, torqueo torſi tortu,jubeo juſſi juſſu.

Neutra, hæreo hæſi hæſu. ſic ardeo arſi arſu, maneo manſi manſu. ſic remaneo: at emineo immineo, eminui imminui, abſque ſupino. audeo ſine præterito auſu: unde perſonæ illæ, auſim auſis auſit, auſint. ſic gaudeo gaviſu. at contrá ſupino carent algeo alſi, fulgeo fulſi, urgeo urſi, turgeo turſi.

Xi, ctu: Augeo auxi auctu. ſic lugeo. mulgeo mulxi & mulſi, mulctu & mulſu. at luceo luxi, frigeo, refrigeo refrixi.

Vi, tu, faciunt deſinentia in veo: ut voveo, vovi, votu. ſic foveo, moveo. at faveo favi fautu, caveo cavi cautu: cieo civi citu.

Neutra ſupino carent, vt flaveo flavi, paveo pavi, liveo livi, conniveo connivi & connixi.

Di, ſu: video vidi viſu, ſpondeo ſpŏpondi ſponſu, tondeo tŏtondi tonſu, mordeo mŏmordi morſu: at deſpondi, detondi, remordi.

Neutra, prandeo prandi pranſu; (unde velut á deponenti pranſus) ſic ſedeo ſedi ſeſſu, & compoſita inſideo, obſideo. Pendeo pependi penſu: at dependeo dependi depenſu.

Sine præterito autem & ſupino aveo, ſalveo, ſtrideo, renideo, mœreo, glabreo, clueo.

Exemplum formæ ſecundæ.

FLeor, fleris vel flere, fletur: flemur, flemini, flentur.

Flear, flearis vel fleare, fleatur: fleamur, fleamini, fleantur.

Flerer, flereris vel flerere, fleretur: fleremur, fleremini, flerentur.

Fle-

Flebar, flebaris vel flebare, flebatur: flebamur, flebamini, flebantur.

Flebor, fleberis vel flebere, flebitur: flebimur, flebimini, flebuntur.

Flere vel fletor, flemini, flentor.

Fleri.

Deponentia anomaliæ primæ feré ſunt, liceor licitu, vereor veritu, mereor meritu, miſereor miſeritu & miſertu, tueor tuitu, polliceor pollicitu. at fateor faſſu, reor ratu: medeor ſine ſupino. Ergo hæc de conjugatione in Bo.

Cap. 4, de prima conjugatione in am.

Conjugatio in am eſt cujus futurum infectum primum definit in am vel in ar. formatur autem á perſona prima ſingulari præſentis temporis primi, o vel or in am vel ar converſo: ut peto petam, audio audiam, petor petar, audior audiar. in cujus gerundiis ante n & d mutatur interdum e in u, ut faciundum, legũdum, experiundum: unde & ſimilia gerundiva in undus. Conjugatio in am duplex eſt: prima, cujus ſecunda ſingularis, temporis præſentis primi deſinit in ĭs vel ĕris: ut petis peteris.

Exemplum formæ primæ.

Peto, petis, petit: petimus, petitis, petunt.

Petam, petas, petat: petamus, petatis, petant.

Peterem, peteres, peteret: peteremus, peteretis, peterent.

Petebam, petebas, petebat: petebamus, petebatis, petebant.

Petam,petes,petet:petemus,peteris,petent,
Pete vel petito,petito:petite,petunto.
Petivi,petiviſti,petivit:petivimus,petiviſtis,petiverunt vel petivere.
Petiverim,petiveris,petiverit:petiverimus, petiveritis,petiverint.
Petiviſſem,petiviſſes,petiviſſet:petiviſſem',petiviſſetis,petiviſſent.
Petiveram,petiveras,petiverat,petiveram',petiveratis,petiverant.
Petivero vel petiverim,ut ſuprá.
Petere:Petiviſſe.
Petendi,petendo,petendum:Petitū,petitum.

ANomalia infect. Inquio,vel inquā, inquis, inquit,inquiūt. Futurum inquies,inquiet: inque inquito. Cōtracta ſunt fac, dic, duc, pro face,dice,duce. Sic compoſita adduc, prædic. (Terentius tamen dixit abduce & traduce) at compoſita á facio plena ſunt,effice,perfice. Memento,memētote,ſolæ perſonæ ſunt temporis infecti.

Perfect. Analoga ſunt ſapio, cupio, & in ſſo deſinentia,ut arceſſo,faceſſo,capeſſo,at etiā eſt ſapui,faceſſi,capeſſi.

Anomaliam primam ſequūtur vomo vomui vomitu.ſic gemo,molo,diſpeſco, compeſco:at alo alui alitu & altu, gigno genui genitu.ſic á lacio,allicio,elicio,illicio, ui & itu. (at allicio etiā allexi allectu,ſicut illicio,pellicio) pono autem poſui poſitu.Sequentia ſupino mutant ui in tu, conſulo conſului conſultū,colo colui cultu, occulo

culo occului occultū: ſero, pro ordino, ſerui ſertu, & compoſita exſero, inſero, deſero, conſero. ſic rapio rapui raptu, texo texui textu. at linquo liqui lictu: pinſo pinſui piſtu. inquiſti & inquit tantùm.

Neutra, ſtrepo ſtrepui ſtrepitu, fremo fremui fremitu.

In ſco deſinentia mutuātur primitivi præteritum & ſupinū: ut pertimeſco pertimui, ut ſciſco ſcivi ſcitu: ſic adſciſco, reſciſco, conſciſco. gliſco caret præterito & ſupino.

Neutra plurimā ex omni conjugatione ejuſmodi ſūt, ut inveteraſco inveteravi inveteratu, cōvaleſco cōvalui cōvalitu, ingemiſco ingemui ingemitu, obdormiſco obdormivi obdormitu.

Ac ſi primitiua careant præterito & ſupino, hæc etiam carebunt. veſperaſcit ſine præterito & ſupino.

Compoſita á cubo præteritum ejus ac ſupinum ſimiliter imitantur, accumbo, incumbo, decumbo, procumbo.

Ui, utu: qualia ſunt in uo deſinentia: ut arguo argui argutu. ſic imbuo, delibuo, ſtatuo, ſpuo. luo lui luitu grammaticis: at compoſita ſunt ablutu, dilutu. itē neutra, ut ſternuo, batuo. Ruo autem rui ruitu & rŭtu: (unde tamen erŭtu, dirŭtu) Nuo nui nutu. ſic pluo, plui, pluvi, plutu. at ingruo ingrui, congruo cōgrui, ſterto ſtertui, metuo metui, tremo tremui ſine ſupino.

Cætera ſunt inęqualiora: excello excellui excelſu: antecello, præcello: meto meſſui meſſu,

nexo nexui nexu, pecto pexui & pexi pexu.

Anomaliæ ſecundæ ſunt reliqua complura, in quibus præteriti fines ſequemur, tanquam cauſſas ſupinorum.

Si, ſũ habent ſpargo, mergo, tergo, rado, rodo, lędo, ludo, trudo, divido, vado, claudo plaudo, parco peperci parcitu parſu: viſo viſi tantũ.

Mitto miſi miſſu: at quatio quaſſi quaſſu: ſic concutio, decutio, percutio. premo preſſi preſſu. Neutrum cedo ceſſi ceſſu: unde cedo cedite, pro dic dicite.

SSi, ſtu: uro uſſi uſtu, gero geſſi geſtu.

Xi, ctu: aſpicio aſpexi aſpectu, & compoſita á ſpecio reliqua, inſpicio, reſpicio, deſpicio, perſpicio. ſic ſtruo ſtruxi ſtructu: ſic traho, veho, duco, coquo, vivo, fligo, & hinc affligo, infligo, confligo, profligo. ſic ſugo ſuxi ſuctu, rego rexi rectu, & compoſita arrigo, dirigo, porrigo, corrigo: ex quibus neutra contracta pergo, ſurgo, aſſurgo, ſimiliter faciunt perrexi perrectu, ſurrexi ſurrectu. ſic clango, plãgo, tingo. ſic á ſtinguo, extinguo, diſtinguo: ab ungo inungo, perungo. Pungo autem punxi & pupugi punctu: ſic repungo repunxi & repupugi repunctu: at expungo & compungo, xi ctu. Abiiciunt n ſupino ſtringo, ſtrinxi, ſtrictu. ſic fingo, pango, pingo. Mejo, velut á mingo, minxi mictu: lingo linxi, ningit ninxit tantúm.

Xi, xu: ut figo fixi fixu. ſic frigo, flecto, necto, plecto, fluo. at ango anxi, conquiniſco, cõquexi tantúm.

Pſi, ptu: Sumo ſumpſi ſumptu. ſic ſcalpo, ſculpo, ſcribo, carpo, clepo, temno, demo, como promo: ubi *p* euphoniæ cauſſa quibuſdam placuit aſcribere, ait Priſcianus.

Neutra, ſerpo ſerpſi ſerptu. ſic repo, nubo, unde nupta quæ nupſit.

Ri, ſu: curro cucurri curſu. at accurro accurri accurſu: ſic recurro, decurro, præcurro: (quod tamen præcucurri Plauto eſt) verro verri verſu. Pario peperi paritu & partu. Furo caret præterito & ſupino.

Li, ſu: fallo ſalli ſalſu, vello velli vel vulſi vulſu, fallo fefelli falſu, pello pepuli pulſu: á cello, percello perculi & perculſi: ſic procello proculi proculſu: tollo, unde ſuſtollo ſuſtuli ſublatu. Pſallo pſalli tantúm.

Mi, ptu: emo emi emptu, adimo ademi ademptu, redimo redemi redemptu: at demo dempſi demptu, promo promſi promptu.

Ni, tu: cano cecini cantu. at accino accinui accentu: ſic occino, concino, præcino. Memini pluſquamperfecto & cognatis tẽporibus conjugatur.

Vi, tu: ut ſero, pro ſemino, ſevi ſatu. inſero inſevi inſitu: ſic obſero: tero trivi tritu, ſino ſivi ſitu, lino livi & levi & lini litu, ſperno ſprevi ſpretu, cerno & creſco crevi cretu, ſterno (velut á ſtras) ſtravi ſtratu, lavo lavi lautu & lotu, ſolvo ſolvi ſolutu, volvo volvi volutu: noſco novi notu, ignoſco ignovi ignotu: (at agnoſco agnovi agnitu: ſic cognoſco cognovi cognitu) paſco pavi

paſtu, calvo calvi tantùm.

Ti, tu: ſiſto ſiſtis activum, ſtiti ſtatu: at neutrã ejus compoſita, obſiſto obſtiti, reſiſto reſtiti, conſiſto conſtiti, ſine ſupino. Verto verti verſu.

Di, ſu: ut ſcando ſcandi ſcanſu. ſic mando, cudo, præhendo, & compoſita à cendo, accendo, incendo, ſuccẽdo: compoſita à fendo, offendo, defendo. at ſido ſidi, ſtrido ſtridi, ſine ſupino: fido ſine præterito fiſu, unde diffiſus, confiſus. (Livius etiam confiderunt) Fundo fudi fuſu.

Geminant hîc ſeptem: tendo tetẽdi tenſu, & frequentiùs tentu, ut in compoſitis à tendo, extendo, intendo, obtendo, oſtendo, diſtendo, contendo, portendo. Tundo tutudi tuſu: at compoſita obtundo obtudi obtuſu: ſic retũdo, contundo. À do compoſita, abdo abdidi abditu. ſic ẽdo, reddo, vendo, trado, condo: (unde abſcondo abſcondi, rariùs abſcondidi, recondo recondidi) dido dididi diditu, perdo perdidi perditu. ſic prodo. Cædo cecidi cæſu, occido occidi occiſu: ſic incido. Pendo pependi penſu: at perpendo perpendi perpenſu. Neutra duo cado cecidi caſu, occido occidi occaſu, recido recidi recaſu, accido accidi tantùm. Pedo pepedi peditum: ſic oppedo. Geminant autem ſſ, ſcindo ſcidi ſciſſu, findo fidi fiſſu, pando pandi paſſu, fodio fodi foſſu.

Ci, ctu: ut ico ici ictu, jacio jeci jactu, injicio injeci injectu, ſic conjicio: facio feci factu, (futuro etiam uſitatum eſt faxo vel faxim faxis faxit, faximus faxitis faxint) inficio infeci infe-

ctu,

ctu, ſi reficio, deficio. Vinco vici victu.

Poſco popoſci poſcitu: ſic expoſcitum caput ait Seneca: ſic repoſco repopoſci, depoſco depopoſci. diſco didici diſcitu Priſciano: ediſco edidici, dediſco dedidici: compoſita enim hîc geminant.

Gi, ctu: ago egi actu (unde perſonę illę apage apagete) redigo redegi redactu (at ſatago ſategi, dego degi tantũ) lego legi lectu: ſic relego, perlego: (at intelligo, negligo, diligo xi ctu) frango fregi fractu, effringo effregi effractu: ſic infringo, refringo, defringo. tango tetigi tactu, attingo attigi attactu, contingo cõtigi contactu: pango pegi & pepigi, impingo impegi impactu: ſic compingo. Fugio fugi fugitu. Ambigo & vergo præterito & ſupino carent.

Bi, tu: glubo glubi glubitu, bibo bibi bibitu: at ſcabo ſcabi, lambo lambi tantúm.

Pi, ptu: ut rumpo rupi ruptu, capio cepi captu. á cœpio antiquo fit cœpi cœptu: vnde cœptus qui cœpit.

Exemplum formæ ſecundæ.

PEtor, peteris vel petere, petitur: petimur, petimini, petuntur.

Petar, petaris vel petare, petatur: petamur petamini, petantur.

Peterer, petereris vel peterere, peteretur: peteremur, peteremini, peterentur.

Petebar, petebaris vel petebare, petebatur: petebamur, petebamini, petebantur.

Petar,peteris vel petere,petetur:petemur,petemini,petentur.

Petere vel petitor,petitor: petimini, petuntor.

Peti,pro peteri:quod in omnibus verbis conjugationis huius analogum factum eſt: ut agi, legi,duci,& in cæteris ſimiliter.

Deponentia hîc valde ſunt anomala.quædam habent tù, ut naſcor natu, iraſcor iratu:nanciſcor nactu:paciſcor pactu: ab apiſcor,adipiſcor, adeptu: (ſic indipiſcor)expergiſcor experrectu, proficiſcor profectu,comminiſcor commentu: obliviſcor oblitu,ulciſcor ultu: ſequor ſequutu, loquor locutu,ringor rictu, fungor functu: fruor fruitu & fructu, tuor tutu, (unde obtutus) queror queſtu. Reliqua ſunt in ſu,utor uſu; revertor reverſu,labor lapſu, nitor niſu & nixu, fatiſcor feſſu(unde feſſus,defeſſ⁹)gradior greſſu,patior paſſu,at reminiſcor,liquor,veſcor, carent ſupino.

Cap. 5, de anomalia Edo, Sum, Volo, Fero.

EDo,ẽs,eſt:edimus,editis,edunt.
Sic edam,eſſem:edebam,edam:es vel ede, edite vel eſte.

Edi,ederim,ederam,ediſſem,edero vel ederim: eſſe, ediſſe: edendi edendo edendum,eſu eſum,vel eſtu eſtum:at Servio authore comedo ſimiliter & paſſiva forma plena eſt:eſtur tamen pro editur.

SUM.

Sum ẽs,eſt:ſumus,eſtis,ſunt.
Sim, ſis,ſit:ſimus,ſitis,ſint.

Eſſem,

Eſſem, eſſes, eſſet: eſſemus, eſſetis, eſſent.

Pro eodem, forem, fores, foret, forent: ſic adforem, tanquam adeſſem.

Eram, eras, erat: eramus, eratis, erant. unde participium ens, quod primus Flavius extulit: at uſitatiora cōpoſita abſens, præſens, potens.

Ero, eris, erit: erimus, eritis, erunt.

Es vel eſto, eſto: eſte vel eſtote, ſunto. quod notabile eſt. Veteribus ſite pro eſte: Plautus,

Site mihi volentes propitiæ.

Fui, fuiſti, fuit: fuimus, fuiſtis, fuerunt vel fuere, ab antiquo fuo, cujus exempla quædam reperiuntur: Plautus,

Nec quiſquam tam audax fuat homo.

Fuerim, fueris, fuerit: fuerim', fueritis, fuerint.

Fuiſſē, fuiſſes, fuiſſet: fuiſſem', fuiſſetis, fuiſſent.

Fuerā, fueras, fuerat: fueramus, fueratis, fuerāt.

Fuero vel fuerim, ut ſuprà.

Eſſe: Fuiſſe. & à forem, fore, futurum perpetui infiniti in lingua Latina ſolum: ſic afforeј defore, profore. Inde futurus.

VOLO.

Volo, vis, vult: volumus, vultis, volunt.

Hinc contracta, ſis, capſis, ſultis. pro ſi vis, cape ſi vis, ſi vultis.

Velim, velis, velit: velīmus, velītis, velint.

Vellem velles, vellet: vellemus, velletis, vellent.

Volebam, volebas, volebat: volebamus, volebatis, volebant.

Volam, voles, volet: volemus, voletis, volent.

Volui,voluiſti, voluit: voluimus,voluiſtis,voluerunt,vel voluere.

Voluerim,volueris, voluerit: voluerimus, volueritis,voluerint.

Voluiſſem,voluiſſes,voluiſſet:voluiſſemus,voluiſſetis,voluiſſent.

Volueram,volueras,voluerat:volueramus,volueratis,voluerant.

Voluero vel voluerim,ut ſuprá.

Velle:Voluiſſe.

Hanc analogiam ſequuntur compoſita,Malo,Nolo.

Malo,mavis,mavult:malumus, mauultis, malunt.

Malim,malis,malit:malimus,malitis,malint.

Mallē,malles,mallet:mallemus,malletis, mallent.

Malebam,malebas,malebat: malebamus, malebatis,malebant.

Malam,males,malet:malemus,maletis, malēt.

Malui, maluiſti, maluit: maluimus, maluiſtis, maluerunt vel maluere.

Maluerim,malueris,maluerit:maluerimus,malueritis,maluerint.

Maluiſſem,maluiſſes, maluiſſet: maluiſſemus, maluiſſetis,maluiſſent.

Malueram, malueras, maluerat: malueramus, malueratis, maluerant.

Maluero vel maluerim,ut ſuprá.

Malle maluiſſe.

Nolo,nonvis, nonvult: nolumus, nonvultis,nolunt. No-

Nolim,nolis,nolit:nolimus,nolitis,nolint.
Nollem,nolles,nollet:nollemus,nolletis, nollent.
Nolebam,nolebas,nolebat;nolebamùs, nolebatis,nolebant.
Nolam,noles,nolet:nolemus,noletis, nolent.
Noli vel nolito,nolito;nolite.
Nolui,noluiſti,noluit:noluimus,noluiſtis, noluerunt vel noluere.
Noluerim,nolueris,noluerit:noluerimus, nolueritis,noluerint.
Noluiſſem , noluiſſes , noluiſſet:noluiſſemus, noluiſſetis,noluiſſent.
Nolueram , nolueras , noluerat : nolueramus, nolueratis,noluerant.
Noluero vel noluerim,ut ſuprá,
Nolle:Noluiſſe.

FERO.

Fero,fers,fert:ferimus,fertis,ferunt.
Feram,feras,ferat:feramus,feratis,ferant.
Ferrem,ferres,ferret:ferremus,ferretis, ferrēt,
Ferebam,ferebas,ferebat: ferebamus, ferebatis,ferebant.
Feram,feres,feret:feremus,feretis,ferent.
Fer vel ferto,ferto:ferte,ferunto.
Tuli,tuliſti,tulit:tulimus, tuliſtis, tulerunt vel tulere,
Tulerim,tuleris,tulerit:tulerimus,tuleritis, tulerint.
Tuliſſem, tuliſſes,tuliſſet:tuliſſemus, tuliſſetis, tuliſſent,

Tuleram, tuleras, tulerat: tuleramus, tuleratis, tulerant.
Tulero vel tulerim, ut ſuprà.
Ferre: Tuliſſe.
Ferendi, ferendo, ferendum: Latu, latum.
Feror, ferris vel ferre, fertur: ferimur, ferimini, feruntur.
Ferar, feraris vel ferare, feratur: feramur, feramini, ferantur.
Ferrer, ferreris vel ferrere, ferretur: ferremur, ferremini, ferrentur.
Ferebar, ferebaris vel ferebare, ferebatur: ferebamur, ferebamini, ferebantur.
Ferar, fereris vel ferere, feretur: feremur, feremini, ferentur.
Ferre vel fertor, fertor: ferimini, feruntor.
Ferri.

Cap. 6, de ſecunda conjugatione in Am.

CONjugatio in am ſecunda eſt cujus ſecunda perſona ſingularis, præſentis temporis finiti primi, deſinit in īs vel īris.

Exemplum formæ primæ.

Audio, audis, audit: audimus, auditis, audiunt.
Audiam, audias, audiat: audiamus, audiatis, audiant.
Audirem, audires, audiret: audiremus, audiretis, audirent.
Audiebam, audiebas, audiebat: audiebamus, audiebatis, audiebant.
Audiam, audies, audiet: audiemus, audietis, audient.

Audi vel audito, audito: audite, audiunto.
Audivi, audiviſti, audivit: audivimus, audiviſtis, audiverunt vel audivere.
Audiverim, audiveris, audiverit: audiverimus, audiveritis, audiverint.
Audiviſſem, audiviſſes, audiviſſet: audiviſſemus, audiviſſetis, audiuiſſent.
Audiveram, audiveras, audiverat: audiveramus, audiveratis, audiverant.
Audivero vel audiverim, ut ſuprà.
Audire: Audiviſſe.
Audiendi, audiendo, audiendum.
Auditu, auditum.

Anomalia præſ. I primo cremento huius conjugationis producitur, ut audimus auditis.

In fio & cæteris inde perſonis producitur i vocalis ante vocalem, ut fiam, fiebam, niſi ſequatur r, ut fierem, fieri. Hinc infio Varroni, & infit poëtis.

Ajo, ais, ait, ajunt: Ajas, ajat: Ajamus, ajant. hæ ſolę perſonæ valent.

Præt. infect. Ibam & quibam: quomodo Latini alia quædam enuntiavere, ut nutribat, lenibat apud Virgilium.

Audibant eadem hæc leniter & leviter,

Catullus. Ajebam, ajebas, &c. hîc integrum eſt. Fierem fieres, &c. uſitatum eſt, non firem.

Fut. infect. Ibo tamen & quibo: item antiquis Audibo, Eſuribo, expedibo, ſicut alia quædam. Propertius:

Lenibunt tacito vulnera noſtra ſono.

Horatius, *mollibit averſos penates*. Ab ajo eſt ai: Plautus, *vel ai vel nega*.

Fito & fitote apud Catonem & Plautum antiquata. Fieri pro fire, receptum eſt.

Præter, & ſup. Eo, ivi, ĭtu: queo, quivi, quĭtu.

Haurio haurivi (ſæpius hauſi) hauſtu: amicio amicivi amicui amixi amictu, aperio aperui apertu: ſic operio, cooperio. at reperio reperi repertu, & comperio comperi compertu.

Sancio ſancivi ſancitu, (& ſanxi ſanctu: ſicut vincio vinxi vinctu) ſepelio ſepelivi ſepultu. at ſentio ſenſi ſenſu, ſepio ſepſi ſeptu, ſarcio ſarſi ſartu, farcio farſi fartu, fulcio fulſi fultu. Ferio tamẽ ſine præterito & ſupino. Odi tantúm perfecto pręterito & cognatis temporibus: ſupinũ ſaltẽ in cõpoſitis eſt oſu: unde exoſus, peroſus.

Neutra Salio ſalivi ſalii ſalui ſaltu, ſingultio ſingultivi ſingultu, væneo vænivi vænu, venio veni ventu.

Exemplum formæ ſecundæ.

Audior, audiris vel audire, auditur: audimur, audimini, audiuntur.

Audiar, audiaris vel audiare, audiatur: audiamur, audiamini, audiantur.

Audirer, audireris vel audirere, audiretur: audiremur, audiremini, audirentur.

Audiebar, audiebaris vel audiebare, audiebatur: audiebamur, audiebamini, audiebantur.

Audiar, audieris vel audiere, audietur, audiemur, audiemini, audientur.

Audire

Audire vel auditor, auditor; audimini, audiuntor. Audiri.

Deponentia analoga ſunt ſortior, molior, blandior, potior: Virgilius tamen dixit,

Vi potitur.

Anomala ſunt aſsĕtior aſſenſu, metior menſu, ordior orſu: at morior moriris mo︎riri, & ſæpius moreris mori, mortu: (unde moriturus) orior ortu. Virgilius tamen dixit:

Exoritur clamorq́ virûm. — Horatius:

Nil oriturum aliâs, nil ortum tale fatentes. ſic experior expertu, opperior oppertu. Terentius, *Horam ne opertus ſies:* Plautus tamen dixit, *Id ſum opperitus.*

Cap. 6, de Adverbio.

VOx numeri expoſita eſt: ſequitur vox ſine numero, quæ nullum numerum adſignificat. Ea eſt Adverbium aut Coniunctio.

Adverbium eſt vox ſine numero, quæ voci alii adjungitur: ut valde conſtans, differit acutè, bene mane. Eſt igitur adverbium tanquam adjectivum nominum, verborum, adverbiorum etiam ipſorum.

Adverbia nativa pauciora ſunt, mox, vix, cras, heri, ita, non: item quæ interjectiones dicuntur, hei, heu, heus, o, væ, pro: tum quæ præpoſitiones dicuntur, præſertim inſeparabiles, ut di, dis, re, ſe, am, con. Di producitur niſi in dirimo & diſertus: dis præponitur tribus ſemivocalib⁹, S, J, F, & totidem mutis, T, C, P, ut diſſideo, diſ-

jicio, diffugio, (ubi s mutatur in f) diſtraho, diſcingo, diſputo. Di præponitur cæteris.

Separabiles autem præpoſitiones ſunt, Ad, apud, penes, & cæteræ, é quibus Præ corripitur in præit & præuſtus. Per & præ compoſitæ ſuperlationem ſignificant, ut perdoctus, prædives: præclariſſimum tamen Ciceronis eſt.

Adverbia plurima oriuntur é nominibus: primó integris ut ſunt nominativi, Utrum, multum, minimum, potiſſimum: ut ablativi, initio, veſpére, quo, qua, neceſſario, modó: & o ancipiti, ſero, ſedulo, mutuo, cito, crebro.

Secundó adverbia fiunt ex ablativo, ſed vario varié: é ſubſtantivi ablativo in im multa ſunt, ut á ſumma ſummatim. ſic á centuria centuriatim: á tribu, tributim: á viro, viritim: á pũcto, pũctim. Quædam in itus exeunt: ut á fundo, funditus: ſic á cęlo, cęlitus: á radice, radicitus: á ſtirpe, ſtirpitus. Sed ex adjectivi ablativo in o vel i lõgé maxima copia eſt. o mutatur in ē ut á docto doctiſſimo, docté doctiſſimé: e tamen corripiũt bene, malé, ritę. Hic etiã aliquãdo ablativ⁹ manet, ut ſeduló ſedulé, ingrató ingraté: aliquãdo mutatur in itus vel iter, & feré geminat: ut diviné divinitus, publicé publicitus, humané humanitus & humaniter, inhumané inhumaniter, ignavé ignaviter, (at naviter tantúm) largé largiter, luculenté luculenter, firmé firmiter: ab alio aliter & aliás.

Si ablativus in i deſinat, addito ter adverbium efficitur, ut ab acri, acriter: ſiç ſublimiter & ſublimé: á forti, fortiter: facilé tantúm, contracta

ſunt

ſunt audacter, difficulter. ab omni fit omnino á comparativis orta deſinunt in us: ut á doctiori, doctiús: á fortiori, fortiús: á majori tamē magis.

In ns deſinentia mutant i in er, ut ab amās diligens, amanter diligenter: repenté tamen, derepente & recéns.

Numerandi adverbia excepto ſemel á nominibus fiunt; bis pro duis, (ait Tullius) ter, quater, quinquies, ſexies, ſepties, octies, novies, decies, undecies, duodecies, tredecies, (quod quibuſdā eſt idē quod ter & decies) quatuordecies, quindecies, ſexiesdecies, & Plinio ſexdecies, deciesſepties, & deinceps: vicies, tricies, quadragies, quinquagies, ſexagies, ſeptuagies, octogies, nonagies: ſic centies, ducenties, trecēties, quadringenties, quingenties, ſexcenties, ſeptingenties, octingēties, nongenties, millies. ſic quoties, aliquoties, toties: atque etiam illa in am, bifariam, trifariam, quadrifariam, multifariam, omnifariam, aliquotfariam: pridie, poſtridie, perendie: nudiustertius, nudiusquartus, & ſimilia, cōpoſita ſunt (inquit Feſtus) ex die tertio, quarto, id eſt, nunc eſt dies tertius, nunc eſt dies quartus, ſempérque de præterito dicuntur. 14 Att. Nudius tertius dedi ad te epiſtolam. Plaut. Moſtell. Nam heri & nudiustertius, quartus, quintus, ſextus, uſque poſtquam hinc peregre ejus pater abiit. 5 Philipp. Recordamini qui dies nudiustertiusdecimus fuerit.

Cap. 8; de Conjunctione.

COnjunctio eſt vox ſine numero, qua orationis multiplicis partes conjunguntur,

paſtu, calvo calvi tantúm.

Ti, tu: ſiſto ſiſtis activum, ſtiti ſtatu: at neutrã ejus compoſita, obſiſto obſtiti, reſiſto reſtiti, conſiſto conſtiti, ſine ſupino. Verto verti verſu.

Di, ſu: ut ſcando ſcandi ſcanſu. ſic mando, cudo, præhendo, & compoſita á cendo, accendo, incendo, ſuccẽdo: compoſita á fendo, offendo, defendo. at ſido ſidi, ſtrido ſtridi, ſine ſupino: fido ſine præterito fiſu, unde diffiſus, confiſus. (Livius etiam confiderunt) Fundo fudi fuſu.

Geminant hîc ſeptem: tendo tetẽdi tenſu, & frequentiús tentu, ut in compoſitis á tendo, extendo, intendo, obtendo, oſtendo, diſtendo, contendo, portendo. Tundo tŭtŭdi tuſu: at compoſitá obtundo obtudi obtuſu: ſic retũdo, contundo. À do compoſita, abdo abdidi abditu. ſic ẽdo, reddo, vendo, trado, condo: (unde abſcondo abſcondi, rariús abſcondidi, recondo recondidi) dido dididi diditu, perdo perdidi perditu. ſic prodo. Cædo cecĭdi cæſu, occĭdo occĭdi occiſu: ſic incĭdo. Pendo pependi penſu: at perpendo perpendi perpenſu. Neutra duo cado cĕcĭdi caſu, occĭdo occĭdi occāſu, recĭdo recĭdi recāſu, accĭdo accĭdi tantúm. Pedo pepedi pedĭtum: ſic oppedo. Geminant autem ſſ, ſcindo ſcidi ſciſſu, findo fidi fiſſu, pando pandi paſſu, fodio fodi foſſu.

Ci, ctu: ut ico ici ictu, jacio jeci jactu, injicio injeci injectu, ſic conjicio: facio feci factu, (futuro etiam uſitatum eſt faxo vel faxim faxis faxit, faximus faxitis faxint) inficio infeci infe-

ctu,

ctu, ſi reficio, deficio. Vinco vici victu.

Poſco pópoſci poſcitu: ſic expoſcitum caput ait Seneca: ſic repoſco repopoſci, depoſco depopoſci. diſco didici diſcitu Priſciano: ediſco edidici, dediſco dedidici: compoſita enim hîc geminant.

Gi, ctu: ago egi actu (unde perſonę illę apage apagete) redigo redegi redactu (at ſatago ſategi, dego degi tantū) lego legi lectu: ſic relego, perlego: (at intelligo, negligo, diligo xi ctu) frango fregi fractu, effringo effregi effractu: ſic infringo, refringo, defringo. tango tétigi tactu, attingo attigi attactu, contingo cōtigi contactu: pango pegi & pépigi, impingo impegi impactu: ſic compingo. Fugio fugi fugitu. Ambigo & vergo præterito & ſupino carent.

Bi, tu: glubo glubi glúbitu, bibo bíbi bibitu: at ſcabo ſcabi, lambo lambi tantúm.

Pi, ptu: ut rumpo rupi ruptu, capio cepi captu. à cœpio antiquo fit cœpi cœptu: vnde cœptus qui cœpit.

Exemplum formæ ſecundæ.

Petor, peteris vel petere, petitur: petimur, petimini, petuntur.

Petar, petaris vel petare, petatur: petamur petamini, petantur.

Peterer, petereris vel peterere, peteretur: peteremur, peteremini, peterentur.

Petebar, petebaris vel petebare, petebatur: petebamur, petebamini, petebantur..

Petat,peteris vel petere,petetur:petemur,petemini,petentur.
Petere vel petitor,petitor: petimini, petuntor:
Peti,pro peteri:quod in omnibus verbis conjugationis huius analogum factum eſt: ut agi, legi,duci,& in cæteris ſimiliter.
Deponentia hîc valde ſunt anomala.quædam habent tù, ut naſcor natu, iraſcor iratu:nanciſcor nactu:paciſcor pactu: ab apiſcor,adipiſcor; adeptu: (ſic indipiſcor)expergiſcor experrectu, proficiſcor profectu,comminiſcor commentu: obliviſcor oblitu,ulciſcor ultu: ſequor ſequutu, loquor locutu,ringor rictu, fungor functu: fruor fruitu & fructu, tuor tutu, (unde obtutus) queror queſtu. Reliqua ſunt in ſu,utor uſu; revertor reverſu,labor lapſu, nitor niſu & nixu, fatiſcor feſſu(unde feſſus,defeſſus)gradior greſſu,patior paſſu,at reminiſcor,liquor,veſcor, carent ſupino.

Cap. 5, de anomalia Edo, Sum, Volo, Fero.

EDo,ēs,eſt:edimus,editis,edunt.
Sic edam,eſſem:edebam,edam:es vel ede, edite vel eſte.
Edi,ederim,ederam,ediſſem,edero vel ederim: eſſe, ediſſe: edendi edendo edendum,eſu eſum,vel eſtu eſtum:at Servio authore comedo ſimiliter & paſſiva forma plena eſt:eſtur tamen pro editur.

SUM.

Sum ēs,eſt:ſumus,eſtis,ſunt.
Sim, ſis,ſit:ſimus,ſitis,ſint.

Eſſem,

Eſſem, eſſes, eſſet: eſſemus, eſſetis, eſſent.

Pro eodem, forem, fores, foret, forent: ſic adforem, tanquam adeſſem.

Eram, eras, erat: eramus, eratis, erant. unde participium ens, quod primus Flavius extulit: at uſitatiora cōpoſita abſens, præſens, potens.

Ero, eris, erit: erimus, eritis, erunt.

Es vel eſto, eſto: eſte vel eſtote, ſunto. quod notabile eſt. Veteribus ſite pro eſte : Plautus,

Site mihi volentes propitiæ.

Fui, fuiſti, fuit: fuimus, fuiſtis, fuerunt vel fuere, ab antiquo fuo, cujus exempla quædam reperiuntur: Plautus,

Nec quiſquam tam audax fuat homo.

Fuerim, fueris, fuerit: fuerim', fueritis, fuerint.

Fuiſſē, fuiſſes, fuiſſet: fuiſſem', fuiſſetis, fuiſſent.

Fuerā, fueras, fuerat: fueramus, fueratis, fuerāt.

Fuero vel fuerim, ut ſuprà.

Eſſe: Fuiſſe. & à forem, fore, futurum perpetui infiniti in lingua Latina ſolum: ſic affore, defore, profore. Inde futurus.

VOLO.

Volo, vis, vult: volumus, vultis, volunt.

Hinc contracta, ſis, capſis, ſultis. pro ſi vis, cape ſi vis, ſi vultis.

Velim, velis, velit: velīmus, velītis, velint.

Vellem velles, vellet: vellemus, velletis, vellent.

Volebam, volebas, volebat: volebàmus, volebatis, volebant.

Volam, voles, volet: volemus, voletis, volent.

Nolim,nolis,nolit:nolimus,nolitis,nolint.
Nollem,nolles,nollet:nollemus,nolletis, nollent.
Nolebam,nolebas,nolebat;nolebamus, nolebatis,nolebant.
Nolam,noles,nolet:nolemus,noletis, nolent.
Noli vel nolito,nolito;nolite.
Nolui,noluiſti,noluit:noluimus,noluiſtis, noluerunt vel noluere.
Noluerim,nolueris,noluerit:noluerimus, nolueritis,noluerint.
Noluiſſem , noluiſſes , noluiſſet:noluiſſemus, noluiſſetis,noluiſſent.
Nolueram, nolueras, noluerat: nolueramus, nolueratis,noluerant.
Noluero vel noluerim,ut ſuprà,
Nolle:Noluiſſe.

FERO.

Fero,fers,fert:ferimus,fertis,ferunt.
Feram,feras,ferat:feramus,feratis,ferant.
Ferrem,ferres,ferret:ferremus,ferretis, ferrēt,
Ferebam,ferebas,ferebat: ferebamus, ferebatis,ferebant.
Feram,feres,feret:feremus,feretis,ferent.
Fer vel ferto,ferto:ferte,ferunto.
Tuli,tuliſti,tulit:tulimus, tuliſtis, tulerunt vel tulere,
Tulerim,tuleris,tulerit:tulerimus,tuleritis, tulerint.
Tuliſſem, tuliſſes,tuliſſet:tuliſſemus, tuliſſetis, tuliſſent,

Tuleram, tuleras, tulerat: tuleramus, tuleratis, tulerant.
Tulero vel tulerim, ut ſuprà.
Ferre: Tuliſſe.
Ferendi, ferendo, ferendum: Latu, latum.
Feror, ferris vel ferre, fertur: ferimur, ferimini, feruntur.
Ferar, feraris vel ferare, feratur: feramur, feramini, ferantur.
Ferrer, ferreris vel ferrere, ferretur: ferremur, ferremini, ferrentur.
Ferebar, ferebaris vel ferebare, ferebatur: ferebamur, ferebamini, ferebantur.
Ferar, fereris vel ferere, feretur: feremur, feremini, ferentur.
Ferre vel fertor, fertor: ferimini, feruntor.
Ferri.

Cap. 6, de ſecunda conjugatione in Am.

COnjugatio in am ſecunda eſt cujus ſecunda perſona ſingularis, præſentis temporis finiti primi, deſinit in *is* vel *i*ris.

Exemplum formæ primæ.

Audio, audis, audit: audimus, auditis, audiunt.
Audiam, audias, audiat: audiamus, audiatis, audiant.
Audirem, audires, audiret: audiremus, audiretis, audirent.
Audiebam, audiebas, audiebat: audiebamus, audiebatis, audiebant.
Audiam, audies, audiet: audiemus, audietis, audient.

Audi

Audi vel audito, audito: audite, audiunto.
Audivi, audiviſti, audivit: audivimus, audiviſtis, audiverunt vel audivere.
Audiverim, audiveris, audiverit: audiverimus, audiveritis, audiverint.
Audiviſſem, audiviſſes, audiviſſet: audiviſſemus, audiviſſetis, audiuiſſent.
Audiveram, audiveras, audiverat: audiveramus, audiveratis, audiverant.
Audivero vel audiverim, ut ſuprà.
Audire: Audiviſſe.
Audiendi, audiendo, audiendum.
Auditu, auditum.

Anomalia præſ. I primo cremento huius conjugationis producitur, ut audimus auditis.

In fio & cæteris inde perſonis producitur i vocalis ante vocalem, ut fiam, fiebam, niſi ſequatur r, ut fierem, fieri. Hinc infio Varroni, & infit poëtis.

Ajo, ais, ait, ajunt: Ajas, ajat: Ajamus, ajant. hæ ſolę perſonæ valent.

Præt. infect. Ibam & quibam: quomodo Latini alia quædam enuntiavere, ut nutribat, lenibat apud Virgilium.

Audibant eadem hæc leniter & leviter,

Catullus. Ajebam, ajebas, &c. hîc integrum eſt. Fierem fieres, &c. uſitatum eſt, non firem.

Fut. infect. Ibo tamen & quibo: item antiquis Audibo, Eſuribo, expedibo, ſicut alia quædam. Propertius:

Lenibunt tacito vulnera noſtra ſono.

Horatius, *mollibit averſos penates.* Ab ajo eſt ai: Plautus, *vel ai vel nega.*

Fito & fitote apud Catonem & Plautum antiquata. Fieri pro fire, receptum eſt.

Præter, & ſup. Eo, ivi, itu: queo, quivi, quitu.

Haurio haurivi (ſæpius hauſi) hauſtu: amicio amicivi amicui amixi amictu, aperio aperui apertu: ſic operio, cooperio. at reperio reperi repertu, & comperio comperi compertu.

Sancio ſancivi ſancitu, (& ſanxi ſanctu: ſicut vincio vinxi vinctu) ſepelio ſepelivi ſepultu. at ſentio ſenſi ſenſu, ſepio ſepſi ſeptu, ſarcio ſarſi ſartu, farcio farſi fartu, fulcio fulſi fultu. Ferio tamẽ ſine præterito & ſupino. Odi tantúm perfecto prꝫterito & cognatis temporibus: ſupinũ ſaltẽ in cõpoſitis eſt oſu: unde exoſus, peroſus.

Neutra Salio ſalivi ſalii ſalui ſaltu, ſingultio ſingultivi ſingultu, væneo vænivi vænu, venio veni ventu.

Exemplum formæ ſecundæ.

Audior, audiris vel audire, auditur: audimur, audimini, audiuntur.

Audiar, audiaris vel audiare, audiatur: audiamur, audiamini, audiantur.

Audirer, audireris vel audirere, audiretur: audiremur, audiremini, audirentur.

Audiebar, audiebaris vel audiebare, audiebatur: audiebamur, audiebamini, audiebantur.

Audiar, audieris vel audiere, audietur, audiemur, audiemini, audientur.

Audire

Audire vel auditor, auditor: audimini, audiuntor. Audiri.

Deponentia analoga ſunt ſortior, molior, blandior, potior: Virgilius tamen dixit,

Vi potĭtur.

Anomala ſunt aſsētior aſſenſu, metior menſu, ordior orſu: at morior moriris moriri, & ſæpius moreris mori, morĭtu: (unde moriturus) orior ortu. Virgilius tamen dixit:

Exoritur clamorq́ virûm. — Horatius:

Nil oriturum aliâs, nil ortum tale fatentes.

ſic experior expertu, opperior oppertu. Terentius, *Horam ne opertus ſies:* Plautus tamen dixit, *Id ſum opperitus.*

Cap. 6, de Adverbio.

VOx numeri expoſita eſt: ſequitur vox ſine numero, quæ nullum numerum adſignificat. Ea eſt Adverbium aut Coniunctio.

Adverbium eſt vox ſine numero, quæ voci alii adjungitur: ut valde conſtans, diſſerit acutè, bene mane. Eſt igitur adverbium tanquam adjectivum nominum, verborum, adverbiorum etiam ipſorum.

Adverbia nativa pauciora ſunt, mox, vix, cras, heri, ita, non: item quæ interjectiones dicuntur, hei, heu, heus, o, væ, pro: tum quæ præpoſitiones dicuntur, præſertim inſeparabiles, ut di, dis, re, ſe, am, con. Di producitur niſi in dirimo & diſertus: dis præponitur tribus ſemivocalib⁹, S, J, F, & totidem mutis, T, C, P, ut diſſideo, diſ-

jicio, diffugio, (ubi s mutatur in f) diſtraho, diſcingo, diſputo. Di præponitur cæteris.

Separabiles autem præpoſitiones ſunt, Ad, apud, penes, & cæteræ, é quibus Præ corripitur in præit & præuſtus. Per & præ compoſitæ ſuperlationem ſignificant, ut perdoctus, prædives: præclariſſimum tamen Ciceronis eſt.

Adverbia plurima oriuntur ó nominibus: primó integris ut ſunt nominativi, Utrum, multum, minimum, potiſſimum: ut ablativi, initio, veſpére, quo, qua, neceſſario, modò: & o ancipiti, ſero, ſedulo, mutuo, cito, crebro.

Secundó adverbia fiunt ex ablativo, ſed vario vatié: é ſubſtantivi ablativo in im multa ſunt, ut á ſumma ſummatim. ſic á centuria centuriatim: á tribu, tributim: á viro, viritim: á pũcto, pũctim. Quædam in itus exeunt: ut á fundo, funditus: ſic á cęlo, cęlitus: á radice, radicitus: á ſtirpe, ſtirpitus. Sed ex adjectivi ablativo in o vel i lõgé maxima copia eſt. o mutatur in ē ut á docto doctiſſimo, docté doctiſſimé: e tamen corripiũt bene, malé, rite. Hic etiã aliquãdo ablativ⁹ manet, ut ſeduló ſedulé, ingrató ingraté: aliquãdo mutatur in itus vel iter, & feré geminat: ut diviné divinitus, publicé publicitus, humané humanitus & humaniter, inhumané inhumaniter, ignavé ignaviter, (at naviter tantúm) largé largiter, luculenté luculenter, firmé firmiter: ab alio aliter & aliás.

Si ablativus in i deſinat, addito ter adverbium efficitur, ut ab acri, acriter: ſic ſublimiter & ſublimé: á forti, fortiter: facilé tantúm, contracta

ſunt

ſunt audacter, difficulter. ab omni fit omnino á comparativis orta deſinunt in us: ut á doctiori, doctiús: á fortiori, fortiús: á majori tamẽ magis.

In ns deſinentia mutant i in er, ut ab amás diligens, amanter diligenter: repenté tamen, derepente & recéns.

Numerandi adverbia excepto ſemel á nominibus fiunt; bis pro duis, (ait Tullius) ter, quater, quinquies, ſexies, ſepties, octies, novies, decies, undecies, duodecies, tredecies, (quod quibuſdã eſt idẽ quod ter & decies) quatuordecies, quindecies, ſexiesdecies, & Plinio ſexdecies, decies-ſepties, & deinceps: vicies, tricies, quadragies, quinquagies, ſexagies, ſeptuagies, octogies, nonagies: ſic centies, ducenties, trecẽties, quadringenties, quingenties, ſexcenties, ſeptingenties, octingẽties, nongenties, millies. ſic quoties, aliquoties, toties: atque etiam illa in am, bifariam, trifariam, quadrifariam, multifariam, omnifariam, aliquotfariam: pridie, poſtridie, perendie: nudiustertius, nudiusquartus, & ſimilia, cõpoſita ſunt (inquit Feſtus) ex die tertio, quarto, id eſt, nunc eſt dies tertius, nunc eſt dies quartus, ſempérque de præterito dicuntur. 14 Att. Nudius tertius dedi ad te epiſtolam. Plaut. Moſtell. Nam heri & nudiustertius, quartus, quintus, ſextus, uſque poſtquam hinc peregre ejus pater abiit. 5 Philipp. Recordamini qui dies nudiustertiusdecimus fuerit.

Cap. 8, de Conjunctione.

COnjunctio eſt vox ſine numero, qua orationis multiplicis partes conjunguntur,

ea eſt enuntiativa aut ratiocinativa.

Enuntiativa, qua enuntiationis partes cõjunguntur, partim congregativa, partim ſegregativa.

Cõgregativa eſt, qua partes tanquam ſimul veræ congregantur: & quidem copulativa, aut connexiva.

Copulativa, eſt qua partes abſoluté copulãtur: ut, ac, &, etiam, item, nec, quoque, que: & compoſitæ, atq;, itémq;, neq;.

Connexiva, eſt qua pars conſequẽs ex antecedentis cõditione cõnectitur: ut, ſi, ſin, ni, niſi.

Segregativa, eſt qua enũtiationis partes, velut non ſimul veræ, ſegregãtur: & diſcretiva eſt aut disjunctiva.

Diſcretiva, qua partes ratione tantúm ſegregantur: ut, autem, aſt, at, interea, interim, ut, veró, verúm, nunc, tamen, etſi, tametſi, quanquã, quamvis, extraquam, præterquam.

Disjunctiva, qua partes ipſæ ita ſegregantur, tanquam una tãtúm vera eſſe poſſit, ut, aut, an, vel, ve, ſive, ſecus.

Ratiocinativa eſt qua ratiocinationis pars alia ex alia velut aſſeritur. Ea cauſſalis, aut rationalis appellatur.

Cauſſalis, qua antecedentis rei cauſſa redditur: ut, enim, enimvero, etenim, ſiquidem, quoniam, quia, nam, namq;.

Rationalis, qua ex antecedente, conſequens cõcluditur: ut, ergo, ita, itaque, ideo, igitur, quare, quamobrem, quapropter, quocirca.

P. RA-

P. RAMI GRAMMATICÆ LIBER TERTIUS, DE SYNTAXI CONVENIENTIÆ.

Cap. 1, de conuenientia nominis.

EXPOSITA eſt etymologia ſuis partib. ſyntaxis jam dicenda eſt. Syntaxis eſt ſecũda pars Grammaticæ, quæ vocum ſtructuram interpretatur, cui frequens anomalia ellipſis opponitur. Syntaxis eſt in convenientia vel rectione. Convenientia eſt, quando voces communibus proprietatibus conveniũt: quæ primò eſt vocum numeri, cuius tamẽ anomalia quædam eſt. eſt autem hæc ſyntaxis nominis cum nomine, & verbi cum nomine.

Convenientia nominis cum nomine, eſt in numero, genere, caſu. 2. Epiſt. Graví teſte privatus ſum amoris ſummi erga te mei, patre tuo clariſſimo viro. Hîc tria ſubſtãtiua ſunt, teſte, patre, viro convenientia inter ſe numero, genere, caſu: & cum ſuis adjectivis gravi, tuo, clariſſimo, ſimiliter convenientia numero, genere, caſu: quomodo amoris, ſummi, mei, etiam inter ſe conveniunt. Anomalia hîc communis prima eſt ex ellipſi.

In convenientia ſubſtantivi & adjectivi reticetur aliás ſubſtantivum, aliás adjectivum: ſed

ex aliquo expreſſo intelligi ſolet. Saluſt. Exercitus hoſtiũ duo, unus ab urbe, alter à Gallia obſtant. Hîc intelligitur ſubſtãtivum exercitus in adjectivis unus & alter. Clariſſimo patre natus, àvis, majoribus. hîc bis intelligitur adjectivum clariſſimis, in ſubſtantivis, avis & majoribus.

Anomalia numeri proxima eſt: *Singularia multa habentur pro uno plurali*. 2. Divin. Procles & Euryſthenes Lacedæmoniorum reges gemini fratres fuerunt. Sed anomalia numeri in ſubſtantivis eſt licentior. Liv. lib. 28, Celtiberi, novus miles: Urbs Athenæ. Quod etiam aliquando in adjectivis eſt. pro Mil. Si tempus eſt ullũ jure hominis necandi, quæ multa ſunt. In Brut. Quo uno vincebamur à victa Græcia, id ereptũ illis eſt.

Cum gerundio autem non minor licentia eſt reciproci *Sui*, ſed tamen valde Latina. 2 Divin. Stoicos noſtros irritendi ſui facultatem dediſſe. Cæſ. 7, Liberam facultatem ſui recipiendi Bellovacis dederunt. Specialis anomalia nominũ eſt in genere & caſu.

Anomalia generis, eſt unius ad unum diſſimile, vel multorum diſſimiliũ ad unum. Unius, ut in Bruto, Scipio Corculũ. Cæſ. 1 comment: Garumna flumine. Ter. And. Ubi illic ſcelus eſt, qui me perdidit? Mors omnium rerũ extrema, id eſt res extrema. Anomalia generis illa magnã elegantiam habet, quando adjectivum relativũ Qui, inter duo ſubſtantiva diverſorum generum convenit, ſequẽti, cùm debeat anteceden-

ti.

ti.1.Leg. Animal plenum rationis, quem vocamus hominem. Hic tamen recta Syntaxis probatur. In Somn. Homines tuentur illũ globum, qui terra dicitur. 2. Nat. Jovis ſtella, quæ Phaëthon dicitur. Eadem anomalia elegans eſt in adjectivo verbali. 2 de Divin. Nõ omnis error ſtultitia dicenda eſt. Liv. lib. 1, Gens vniverſa Veneti appellati.

Anomalia item eſt multorũ generum ad unũ. *Animatorum genera maſculinum & fœmininum conveniunt maſculino.* Cæſ. Ptolemæum & Cleopatram reges. Terent. Eun. Pater & mater mortui.

Inanimatorũm verò genera diverſa conveniunt neutro. 1. Off. Pulchritudinem, conſtantiam, ordinem, in conſiliis factíſque conſervanda putat.

Numeri generíſque anomalia rarior eſt. Sal. in Jug Maxima pars vulnerati aut occiſi ſunt: id eſt, maxima ex parte vel plurimi vulnerati aut occiſi ſunt, ut Cicero loquitur.

Anomalia caſus rariſſima eſt: ut Cic. Att. Macte vir virtute eſto Liv. 2, juberem macte virtute eſſe, ſi pro mea patria iſta virtus ſtaret. Hic enim ponitur macte pro mactus & mactum.

Adjectiva quædam certis ſubſtantivis conveniunt: ut numeri diſtributivi, ſingulari carẽtibus. 6 Att. Binas abs te accepi litteras. 4. Verr. Inter binos ludos. Sic Quiſque cum certis gradibus comparationis. Pro Com. Quo quiſque eſt ingenioſior, hoc docet iracundiùs & laborioſiùs. 1 Tuſcul. Doctiſſimus quiſque. 1 Acad. Recen-

tiſſima quæque. Attamen 3 Nat. Omnia minima: & 2 Orat. Omnes tenuiſſimas particulas Cicero dixit.

Cap. 2. de convenientia verbi.

C*Onvenientia verbi cum nomine, eſt in numero & perſona.* Ego & Nos primæ, Tu & Vos ſecundæ, nominativi reliquorũ nominum tertiæ perſonæ habentur, obliqui caſus nullius. Hinc nominativus præcedens verbum, dicitur ſuppoſitum, verbum autem appoſitum: ut, ego amo, nos amamus: tu amas, vos amatis: Tullius àmat, Tullii amant.

Anomalia ſuppoſiti & appoſiti. Ex appoſito primæ & ſecundæ perſonæ ſæpe intelligitur ſuppoſitum primæ & ſecundæ. Terent. Andr. Ah vereor corám in os te laudare ampliùs. Hic intelligitur Ego. Plaut. Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris. Hic intelligitur Tu. Appoſitum etiam ſæpe ex aliquo prædicto intelligitur. Sal. Exercitus hoſtiũ duo, unus ab urbe, alter á Gallia obſtât. intelligitur, unus exercitus obſtat, alter exercitus obſtat. Eclipſis appoſiti é nullo expreſſo intellecti, rarior eſt. Terent. Eun. Egóne illam? quæ illum? quæ me? quæ non? Intelligitur, non ulciſcar, recepit, excluſit, admiſit. Item illa perpetua, Sed hæc hactenus. Quid multa?

Anomalia numeri eſt hîc minús uſitata. Sal. Cœpere ſe quiſq; magis ac magis extollere. Rarius etiam illud & poëticum plané, 1 Æneid.

Pars in fruſta ſecant.———

Anomalia numeri elegantior eſt in verbo ſub-

ſubſtantivo, quando convenit ſuppoſitorum antecedentium poſteriori, cúm debeat priori. Terentius in And. Amantium iræ amoris redintegratio eſt. quod poëtis eſt uſitatius: Ovidius,

Omnia pontus erat.——

Anomalia veró & illa eſt numerorum, vel oratoribus frequenter uſurpata. 1 Orat. Sin oratoris nihil vis eſſe, niſi compoſité, ornaté, copioſé eloqui: quæro id ipſum quî poſſit aſſequi ſine ea ſcientia, quam ei non conceditis? Hîc enim *vis*, & *conceditis*, diſſimiles numeri ſunt. Quintilianus tamen parem ſolœciſmum putat eſſe, ſi quis unum vocans, dixerit Venite, vel plures dimittens, dicat Abi. Sed tamen ſecunda ſingulari perſona id feré eſt uſitatum. 1 Orat. Age veró ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiam mediteris. pro *meditemur*, vel *quiſpiam meditetur*.

Anomalia perſonarum feré perpetua eſt. *In nominibus prima perſona cum ſecunda vel tertia convenit verbo primæ.* Item, *Secunda cum tertia convenit verbo ſecundæ.* Terent. Adelph. Hæc ſi neque ego neque tu fecimus. Cicero Terentiæ, Ego & ſuaviſſimus Cicero valemus, ſi tu & Tullia lux noſtra valetis. Cicero 2 Philipp. Defendi Rempubl. adoleſcens, non deſeram ſenex. hîc *ego adoleſcens*, *ego ſenex* eſt ſuppoſitum primæ perſonæ. 2 Philipp. Hæc tu homo ſapiens, non ſolúm eloquēs, auſus es vituperare. hîc *tu homo ſapiens* eſt ſecundæ perſonę. Gerundium in dum & ſupinum in um ſunt loco ſuppoſiti his formulis, pugnandum eſt, pugnatum eſt.

Cap. 3, de convenientia vocum ſine numero, & primó adverbii.

SEcunda convenientia eſt vocum ſine numero, ut adverbii & conjunctionis.

Uſurpatur autem adverbium aliquando pro nomine relativo: ut, digna res eſt ubi nervos intendas tuos, id eſt, in qua. Sic, ille ipſe unde: Cauſſa eſt cur: Illud eſt quamobrem: Multa ſigna dederat, quamobrem reſponſurus non videretur.

Adverbia quædam comparationis & numeri convenientiam certam habent.

Quám convenit omni gradui. 7 Ep. Quám ſint moroſi qui amant, vel hinc intelligi poteſt. 2 Verr. Quám audax ad conandum, tam obſcurus in agendo. Cic. 2 Orat. Perquã puerile. Cõparativum autem unũ comitatur, aut duobus interponitur: ut, Tullius diſertior quám Atticus. 15 Ep. Non quicquam facio libentiús quám ſcribo. 1 Cat. Serius quám crudelius factum. Quintil. lib. 3 cap. 14, Salubrior ſtudiis quám dulcior. Cum ſuperlativo: in Læl. Habere quám laxiſſimas habenas amicitiæ. 16 Ep. Quám celerrimé mittere. Ter. Hecyr. Quám minima in ſpe ſitus erit, tam maximé pacem conficiet.

Ut jungitur etiam ſuperlativo. 7 Ep. ut graviſſimé diligentiſſiméque potui.

Tam aliquando idem valet. in Læl. Vituperanda eſt rei tam maximé neceſſariæ incuria.

Longé & Multó conveniunt comparativis & ſuper-

ſuperlativis. Longé melior. 1 Orat. Principi longé omnium graviſſimo. Multó commodiora. pro Manil. Conſpectus veſter multó jucundiſſimus.

Adverbia numerum ſignificantia conveniunt diſtributivis nominibus. 2 Nat. ut bis bina. in Somn. Septenos octies ſolis anfractus.

Cap. 4, *de convenientia conjunctionis.*

COnvenientia conjunctionum feré eſt in ordine anteceſſionis, conſecutionis, vel utriuſque.

Ex copulativis antecedunt, atque, ac, &, ſed, ſedetiam, verúm, verumetiam, nedum, nec, neque, tum, quin, quinetiam. Ter. Adel. Tali genere atque animo. Ter. And. Parcé ac duriter. Pro Clu. Exploſum & ejectum. & ſic in reliquis. Hæc conjunctio *Et*, á viginti ad centum præponit numeralium nominum minus. 4 Verr. Ab hinc duos & viginti annos eſt mortuus. de Senect. Jam tertius & trigeſimus eſt annus. 4 Att. Septimo & quinquageſimo die poſtquam oppugnare cœpimus. de Fat. Morietur Epicurus cúm duos & ſeptuaginta annos vixerit. Sic in adverbiis. Plin. lib. 7 cap. 27, Sit proprium Catonis quater & quadragies cauſſam dixiſſe. Idem tamen latinitatis elegátiam oblitus dixit de platano, LXXX atque vnius pedum.

Poſtponuntur tantúm Quoque & Que. pro Rab. Me ſcilicet maximé, ſed proximé illum

quoque feſelliſſent. 5 Tuſc. Balbutire deſinant, apertéque audeant dicere.

Communes ſunt adeó, etiam, item, itemque, inſuper, præterea, vel.

E connexivis, ſi, ni, niſi, communes ſunt: Sin, præponitur ſolúm. Sed præterea omnes cum temporibus omnibus finitis conveniunt. 2 Frat. Si perficiunt, optimé: ſin minús, &c. 10 Attic. Si vir eſſe volet, præclara ſynodia: ſin autem, &c. 1 Cat. Ni exeunt, ni pereunt. 7 Att. Niſi ego inſanio. Am. Niſi apertum pectus videas. Eſt præterea cōjunctionis hujus convenientia cum adverbio forté: Si forté, niſi forté: ubi plerique omnes labuntur.

E diſcretivis tantúm præponuntur aſt, at, extraquam, imó, ſed, quód, præterquam, quamvis, quamquam. 1 Att. Tu crebras á nobis literas expecta: aſt plures etiam mittito. Att. Non cognoſcebatur foris, ſed domi: non ab alienis, at á ſuis. 2 Inv. Poſtulat is quicum agitur, á Prætore exceptionem, extraquam in reum capitis præjudicium fiat. 3 Catil. Nullum á vobis præmium poſtulo, præterquam hujus diei memoriam ſempiternam. Quamquam & quamvis omnibus finitis temporibus conveniunt. pro Am. Quamquam abeſt á culpa, ſuſpicione tamen non caret. 2 Orat. Quamquam ita ſe rem habere arbitrentur, tamen, &c. pro Amer. Quamvis ille felix ſit, tamen, &c. Columella tamen dixit lib. 2 cap. 7, Quāvis de menſura minús cōvenit authoribus.

Poſtponuntur tantúm, autem, interea & interim,

terim, veró. 11 Ep. Nil autem amabilius officio. pro Cluent. Tum interea nullum veſtigium pecuniæ invenitis. pro Syll. Quod ſine eodem illo Catilina facinus admiſit, cúm interim Sylla cum iiſdem ipſis, &c. Cicer. 4 Ep. Ego veró Servi vellem, &c.

Communes ſunt, alioqui, alioquin, ut, licet, tamen, porró. ut & licet ſecundis tantúm temporibus finitis conveniunt. 5 Verr. ut illud non cogitares, tamen, &c. De reſpon. Quám volumus, licet ipſi nos amemus, tamen, &c.

Disjunctiva tantúm præponitur, Aut bibat aut abeat. Excipe Ve. 6 Att. Bis térve literas miſerat. An disjunctio eſt aliquando, ſed interrogativa: ut 5 Verr. Erravit an potiús inſanivit Apronius? Vide utrum vis, argentum accipere, an cauſſam meditari tuam.

E cauſalibus tantúm præponitur, etenim, nam, namque: Enim tantúm poſtponitur.

Communes ſunt, enimvero, ut, uti, ſiquidem, ne.

E rationalibus tantúm præponũtur, Sic, quas ob res, quamobrem, quapropter, quocirca.

Communes ſunt Ergo, ita, itaque. Igitur rariús præponitur. Sal. Igitur initió reges diverſi, pars ingenium, alii corpus exercebant.

Anomalia duplex eſt in conjunctionibus: Polyſyndeton, & Aſyndeton. Polyſyndeton eſt quando conjunctio redundat. pro Cæl. Res tamen ipſa & copioſé & graviter accuſari poteſt. 5 Tuſc. Aut bibat, aut abeat. Ter. And. Sive iſta

uxor, ſive amica ſit. 16 Att. Etſi, quamvis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certè fuiſti.

Aſyndeton eſt ubi conjunctio detrahitur. Cic. Cat. Abiit, exceſſit, evaſit, erupit. hîc reticetur copulativa, 2 Phil. Tu, cùm principem Senatorem domi habeas, ad eum nihil refers: ad eos refers qui ſuam domum nullam habent, tuam exhauriunt. hîc reticentur diſcretivæ, quidem, autem. 7 Verr. Conſilium capit primò ſtultum, veruntamen clemens. hîc reticetur Etſi. Teren. Eunu. Memini tametſi nullus moneas hîc intelligitur Tamen. pro Mil. Quatuor, ad ſummum quinque, ſunt inventi. 3 Frat. Velit, nolit, difficile eſt, hîc disjunctiva reticetur. 2 Att. Nolim ita exiſtimes. hîc reticetur cauſalis Ut.

P. RAMI GRAMMATICÆ LIBER QUARTUS,

DE SYNTAXI RECTIONIS.

Cap. 1, de rectione ſubſtantivi.

COnvenientia vocis breviter expoſita eſt. ſequitur rectio, quando vox vocem certo fine flexionis regit: quæ primò erit in vocibus numeri, deinde in adverbiis. Atque in vocibus numeri erit primùm rectio nominis tum ſubſtantivi, tum adjectivi. Nominis ſubſtantivi rectio duplex eſt. Prima,

Subſtantivum adjuncti regit in genitivo ſubſtantivum ſubjecti. 2 Attic. Cato dicit tanquam in Platonis πολιτεία, non tanquam in Romuli fæce, ſententiam. Hîc Plato eſt ſubjectū, cui adjungitur & accidit πολιτεία. Aliquando reticetur regens. 2 Philip. Quod in tabulis (quæ ſunt ad Opis) patebat. Hîc reticetur ædem. Hinc triplex ſyntaxis oritur. Primò, Genitivi, mei, tui, ſui, noſtrum, noſtri, veſtrum, veſtri, uſurpantur tāquam ſubjecti. 5 Att. ut ratio mei, noſtri. 1 Ep. defenſor tui. 11 Att. deprecator ſui. 2 Attic. ſatietas noſtri. de Prov. Omnium noſtrum adoleſcentiæ. 11 Att. omnium noſtrum bona. Frequentiſſimé veró pro primitivis poſſeſſiva uſurpantur. Ter. Heaut. Quæ mea cauſſa fecit. Am. Quæ noſtra cauſſa nunquam faceremus. pro Amer. Quem ſua cauſſa cupere ac debere intelligebat. Secūdó, poſſeſſiva meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, quatuor genera genitivi tanquam ſubjecti eadem ſyntaxi admittunt. Primum, numerorum cardinaliū. Livius 8 lib. Noſter duorum evétus oſtendat. Secundum, univerſalium & particularium. 3 Orat. Voluntati veſtræ omnium parui, (Potuit etiam pro veſtræ eſſe veſtrum) Brutus Ciceroni, Qui veſtris paucorum reſpondent laudibus. Tertium, unius, ſolius, ipſius. Cicer. Mea unius opera. Att. Solius enim meum peccatum corrigi non poteſt. Pro Mur. Conjecturam de tuo ipſius ſtudio facillimé ceperis. Quartum, verbalium. 1 Ep. Quocunque tempore mihi poteſtas præſentis tui fuerit.

Cato tamen ad Cic. Libenter facio ut tuam virtutem, innocentiam, diligentiam, cognitam in maximis rebus domi togati, armati foris pari induſtria adminiſtrari gaudeam. Hîc togati caſus eſt ſimilis verbali. At multó liberiús 2 Phil. Tuum hominis ſimplicis pectus vidimus. Tertió, Gerundium in di eſt tanquam genitivus ſubjecti, 1 Off. Pueris non omnem licentiam ludendi damus. Pro quo infinitum perpetuum aliquando adhibetur. 2 Orat. Tempus eſſet jam de ordine argumentorum dicere. Cæſ. 7, Conſilium ceperunt ex oppido profugere.

Secunda rectio ſubſtantivi ſupereſt.

Subſtantivum ſubjecti vel totius ſervit genitivo vel ablativo adjuncti vel partis, cum adjectivo laudis aut vituperii. 9 Ep. Accipies hoſpitem non multi cibi, ſed multi joci. Ter. And. Virgo ſparſo ore, adunco naſo.

Opus ἄπτωτον ſubſtantivum, ablatiuum regit. 9 Ep. Authoritate tua nobis opus eſt & conſilió & gratia. Att. Sed opus fuit Hircio convento. Sal. Priuſquam incipias, conſulto, & ubi conſulueris, maturé facto opus eſt. é qua ſyntaxi ſunt illa Terentii, opus dictu, factu: item Ciceronis, opus ſcitu.

Cap. 2, de rectione adjectivi.

ADjectivi rectio varia eſt. ſpectatur autem feré in quantitate & in qualitate: quantitate, gradus, partitionis, & copiæ.

Gradus comparativus regit ablativum: ídque ubi mentio fit de duobus aut pluribus diverſæ

naturæ

naturæ: id eſt, quando ſubſtantivum gradus non continentur in caſu rectionis. Horat.

Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum,

Id eſt, aurum nobilius eſt argento, virtus auro.

Gradus ſuperlativus genitivum pluralem regit: idque ubi mentio fit de pluribus ejusdem naturæ: quando ſcilicet ſubſtantivum gradus continetur in caſu rectionis. In Cic. Bruto, Eloquentium jurisperitiſſimus Craſſus, jurisperitorum eloquentiſſimus Scævola.

Partitivum genitivum regit. Sal. Jug. Quis eſt omnium his moribus? 2 Div. utrum igitur eorum accidiſſet, verum oraculum fuiſſet. 4 Ep. Nigidio uni omnium doctiſſimo. Aliquando pro genitivo partitionis nominativus uſurpatur. Liv. lib. 41, Periti religionum jurísque publici, quando duo ordinarii Coſſ. ejus anni, alter morbo, alter ferro periiſſet, ſuffectum Conſ. negabant comitia habere poſſe.

Adjectivum copiæ & inopiæ regit genitivum vel ablativum. Plenus bonorum & bonis. 2, Fratr. Literæ refertæ omni officio. Vacuum laboris & labore, Inane prudentiæ & prudentia, Oratione locuples, Inops verborum & verbis, Orbus omnibus rebus. Sic contentus.

Sequitur rectio qualitatis in affinitate, commoditate, ſtudio.

Adjectivum affinitatis aut contrarii, genitivum vel dativum regit. Pro Syll. affinis ſuſpicionis, & ſuſpicioni. ſic amicus, inimicus, alienus, ſimilis, par, communis, proprius. 1 Orat. Fini-

timus oratori. 3 Off. Voluptas contraria honeſtati.

Adjectivum commoditatis vel contrarii, dativum regit. ut alicui commodũ, incommodum, accommodatum, utile, inutile, infeſtum, infenſum, moleſtum, gratum, ingratum, grave, jucũdum, injucundum, charum, dulce.

Adjectivum ſtudii genitivum regit: ſed vario modo. Primo, quod activã ſpeciem habet. Att. Amantiſſimus utriusque noſtrum. 2 Orat. Deſpiciens ſui. At pro Dejot. Audiens dicto eſſet huic ordini.

Secundo, quod paſſivæ ſpeciei eſt. 9 Philip. Conſultus juris, Inſuetus contumeliæ. Sic peritus & imperitus rerum.

Tertio, in dus. 1 Orat. Laudis cupidus, Avidus victorię. ſic providus & improvidus rerum.

Quarto, in oſus, ius, rus. Studioſus doctrinarum, Rerum conſcii, Gnarus reipublicæ, Ignarus fortunarum ſuarum. Quint. lib. 8 cap. 4, Securus tam parvæ obſervationis. Denique alia vario modo deſinentia hanc etiam rectionem habent. Pro Flacc. Rerum omnium rudis. 6 Ep. Memores virtutis, Immemor mandati. 1 Fratr. Dignitatis ſuperſtes, Prudens & imprudens rerum, Voluptatis particeps vel expers. ſic compos & impos. Item expers fama & fortunis, Saluſt. At dignus & indignus laudis & laude. Adjectivum ejuſmodi pro genitivo nominis ſępe capit infinitum perpetuum aut participiale in di. Cæſ. 11. Paratus omnia perpeti. In ep. Cupidus

ſatis-

ſatisfaciendi. 3 Off. Peritus definiendi.

Adjectiva etiam quædam regunt primum ſupinum. 1 Cat. Optimum factu. de Fato, Facile intellectu. Teren Adelph. Natu maximus. Pro Plancio, O rem tum auditu crudelem, tum viſu nefariam.

Cap. 3, de rectione verbi activi.

ADhuc rectio nominis fuit: ſequitur rectio verbi finiti primùm & perſonalis: qua modò nomen, modò verbum regitur. Rectio verbi finiti perſonalis, qua nomen regitur, eſt primaria aut ſecundaria. Primariæ rectionis unica regula eſt.

Verbum activum regit poſt ſe accuſativum. in Ep. Fortem virum tibi commendo. at, Marco Tullio igni & aqua interdicatur, Ciceronis eſt, pro Dom. &, Satage rerum tuarum, Terentii in Heaut. Verbum paſſivum ablativum regit illud quidem ut Horat. *Fortes creantur fortibus.* Sed abſque præpoſitione hæc rectio rara eſt. Dativus hîc aliquando uſurpatur pro ablativo. Ad Lent. Neque Senatui, neque populo, neque cuiquam bono probatur. Neutra & deponentia ex ſeſe nullum caſum regũt, ut ſedeo, loquor: activi tamen rectionem interdum imitantur. 2 Fin. Hæc cùm loqueris, nos Varrones ſtupemus. 2 Agr. Currere curſum. In Ep. Gaudere gaudium. In Top. Servire ſervitutem. 3 Orat. Ceram ac crocum olere. Sic alia infinita: ut aliquem mirari, ulciſci: odorari ingreſſus: conqueri, non lamentari fortunã. At utor, veſcor, fun-

gor, fruor, potior, ablativum regunt. ſed & potiri rerum dicitur. Planc. Qui patriæ beneficia meminerunt: attamen etiam, Memini actionum, in Ep. Sic tria deponentia genitivum vel accuſativum regunt, obliviſcor, reminiſcor, recordor.

Secunda rectio communis eſt verbo activo & paſſivo,

Atque hæc rectio primaria eſt. Secundaria autem eſt, cúm præter illum primarium caſum, alius caſus regitur: & quidem ſimplex aut varius. Simplex, ut Dativus, Accuſativus, Ablativus.

Cap. 4, de rectione verbi acquiſitionis.

V*Erbum vi acquiſitionis dativum regit.* Hor. 3. epiſt. *Quid mihi Celſus agit?* Cic. in Piſ. Is mihi etiam gloriabitur. Ad Treb. Ecce tibi Pompejus. Terent. Suo ſibi hunc jugulo gladio. Sed plurima verba eundem caſum germana quadam natura regunt.

Primó, comparationis verba. 1 Off. Se illis feré æquarunt. in Brut. ut conferamus parva magnis. Ter. Heaut. Homo homini quid præſtat? Cæteris excellere. ſic antecellere, antecedere: ac pro Cor. etiam, Cæteros antecellis, &c.

Secundó, dandi, & contraria. 2 Verr. Quæ victores civitatibus Siculis aut dederunt aut reddiderunt. 4 Verr. Scribitur Heraclio dica. 6 Att. Mitte mihi obviam literas. pro Marc. Operibus tuis diuturnitas detrahet. Attic. Dubitationem mihi tolles. in Brut. Collegæ ſuo imperium abrogavit.

Tertió, imperandi, ſerviendi, declarandi, promitten-

mittendi. de Amic. Cupiditatibus, quibus cæteri ſerviunt, imperare. 7 Att. Tempori parcamus. 5 Ep. Tibi non ſignificandum ſolúm, ſed declarandum. Pro Cæl. Promitto hoc vobis, & reipubl. ſpondeo. 5 Ep. profiteri alicui & polliceri ſtudium ſuum.

Quartó, repugnandi, & contraria. Pro Rab. Repugnare & reſiſtere crudelitati. Pro Comœdo, Hominibus iraſci & ſuccenſere. 4 Attic. Valde mihi arriſerat. Pro Lig. Cujus ego induſtriæ gloriæque faveo. Sic aſſentio, & frequentiús aſſentior.

Quintó, hanc dativi rectionem habent etiam verba illa quæ interdum imperſonaliter accipiuntur. 3. Fratr. Nihil ei reſtabat. 5 Fin. Quod ipſis ſuperat. 7 Ep. Conſtat tibi fructus otii tui. 5 Tuſcul. Peccare licet nemini. Pro Clu. Qui ſibi non liquere dixerunt. in Bruto, Dolet mihi. Generis hujus videntur & dativi illi pro accuſativis poſiti: Qui ſe patriæ, qui ſuis civibus, qui laudi, qui gloriæ, non qui ſomno & conviviis & delectationi natos arbitrentur. Atque hæc rectio dativi eſt.

Cap. 5, de rectione verborum rogandi.

V*Erba rogandi quædam accuſativum alterum regunt.* Terent. Illud te oro. Idem, Sine, te hoc exorem. Sic obſecro, rogo, flagito, ſimiliáque rogandi verba, item moneo, conſulo: ſic celo, doceo, in Orat. Qui nos nihil celat. At celo tibi hanc rem, & celo te de hac re, etiam dicitur. In Piſ. Quid te, aſine, literas doceam? ſic dede-

ceo. Item doceo te de re. Manet autem geminatus caſus etiam in paſſiva forma, ut, Per legatos cuncta edocetur.

Cap. 6, de rectione verborum copiæ & pretii.

V*Erbum copiæ & pretii regit ablativum.* Copiæ vel contrarii, vt 6 Verr. Complere aliquem coronis & floribus. 2 Philip. Saturare ſe ſanguine. 1 Orat. Abundare doctrina. 2 Fin. Affluere voluptatibus: Apollonium omni argento ſpoliaſti. Sic exinanire, vacuare. At Cicero, Artis indigere: & Terent. Tui carendū erat, dixerunt.

Pretii autem, vt pro Rab. Mercari magno pretio. pro Amer. Tanto pretio mercari. Ter. And. Vix drachmis obſonatus eſt decem. 5 Verr. Tritici modium quaternis ſeſtertiis æſtimaſſet. unde orta ſunt illa, valere authoritate, ingenio. Varro tamen dixit, Denos æris valebant. Et quędam nomina reguntur in genitivo, ut, quanti, tanti, magni, pluris, maximi, plurimi, parvi, minoris, minimi, æqui, boni, flocci, nihili, nauci, pili, aſſis, teruntii. Depactus eſt tantidem quanti fidem ſuā fecit. Brut. Ciceroni, Nihil tanti fuit. 1 Acad. Alia pluris æſtimanda, alia minoris. 3 Fin. Plurimi æſtimandum. 1 Ep. A me minimi putabantur. At etiam Terentii eſt, Quid agas, niſi ut te redimas quàm queas minimo? ſi nequeas paululo, at quanti queas. Plaut. facitis magni. Ter. And. Te ſemper maximi feci. 7 Att. Iſtud æqui bonique facit. ſic boni conſulere. pro Arch. Pericula parvi eſſe ducenda. at Magno æſtimare,

Conſe-

Conſequi voluptates non modó parvo, ſed fermé nihilo, Ciceronis ſunt. Att. Rempubl. flocci non facere. 3 Fin. Nihil facio. at ſæpe, Pro nihilo putare, habere, ducere, videri. 1 Div. Non habèo denique nauci Marſum augurem. ſic ne pili, ne aſſis facere.

Cap. 7, de rectione verbi judicialis.

ATque hæc eſt ſecundaria ſimplicis caſus rectio. Supereſt rectio caſus varii in verbo judiciali & ſubſtantivo.

Verbum judiciale regit genitivum vel ablativum: ut verba accuſandi & abſolvendi. 2 Finib. Eam tanquam capitis accuſet. 3 Verr. Suis eum certis propriisq; criminibus accuſabo. pro Dejotaro, Capitis arceſſere. pro Cæl. Ambitus crimine accerſere. 3 Verr. Verrem inſimulat avaritiæ & audaciæ. Sic arguere rei capitalis, arguere crimine, ſcelere alligare, ſcelere ſe aſtringere, Ciceroni uſitata ſunt. Damnari majeſtatis, furti, injuriarum, ambitus, cædis, ſcelerum, impudentiæ: inertiæ condemnare. At crimine condemnare, multare morte, exilio, multa, pecunia: plecti capite, culpa. 2 Phil. Convincere inhumanitatis & amentiæ. 2 Verr. Abſolvere improbitatis. Pro Cluent. majeſtatis. 2 Verr. Crimine liberare. Liv. lib. 51, Nec liberavit ejus culpæ regem. Idem 5 lib. Quin ſine mora voti liberaretur. Attamen, ut Valla docet, dices tantum, utro accuſatus es, furti an cædis? non utrius: & ſimili caſu, utroque, neutro, ambobus.

Cap. 8, *de rectione verbi ſubſtantivi.*

V*Erbum ſubſtantivum, aut quod ejus vim obtinet, regit poſt ſe nominativum pro eodem ſumptum*: ut, Tullius eſt Romanus: Tullius cognominatus eſt Cicero. 14 Ep. Beatiſſimi viveremus. Peculiare autem eſt infinitivò quod ſequitur. 1 Tuſc. Licuit otioſo eſſe Themiſtocli. Brutus Ciceroni, ut optimé meritis de republica liceat eſſe ſalvis. 1 Catil. Cupio me eſſe clementem.

At ſi caſus ſequens ſit poſſeſſoris, erit in genitivo. 2 Ep. Jam me Pompeji totum eſſe ſcis. Pro Manil. Erit igitur humanitatis veſtræ. 3 Off. Emere denario quod ſit mille denariûm. Sed pro genitivis mei, tui, ſui, &c. poſſeſſiva meum, tuum, ſuum, noſtrum, veſtrum, ponuntur. Pro Balb. Non enim eſt meum contra aliquẽ dicere. Noſtrum eſt intelligere. Idem verbum ſi pro Habeo uſurpetur, dativum regit, ut 1 Æn.

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ.

Quó pertinere vidētur orationes in quibus gerundia ſequuntur. Fam. 5, Tuenda tibi ut ſit gravitas & conſtantiæ ſerviendum. 1 de Or. Gerendus eſt tibi mos adoleſcentibus, Craſſe. At pro Afferre duplicat dativum. 2 Epiſt. ut ſempiternę laudi tibi ſit iſte tribunatus, exopto. E futuro infinito verbi ſubſtantivi Fore, & participio præterito, participium paſſivum futuri temporis, quod in Dus grammatici commenti ſunt, circumſcribitur. Cicero: Quo in genere ſperare video, Scipionis amicitiam & Lælii notam poſterita-

ſteritati fore. Cæſar 1 lib. Commiſſum cum equitatu prælium fore videbatur.

Cap. 9, de rectione verbi deliberationis.

ADhuc fuit rectio verbi finiti perſonalis, qua nomen regitur á verbo. Supereſt ea qua verbum regitur á verbo: vt ſit in verbis deliberationis & motus.

Verbum deliberativum regit infinitum perpetuum, ut audeo, habeo, incipio, opto, ſoleo, ſtatuo, ſcio, volo, maturo, deſiſto, debeo, cupio, paro, poſſum, propero: aggredior, molior, conor: licet, delectat, decet, tædet, piget, pœnitet. item verba ſenſus, video, audio. 6. Attic. Obſecras ne obliuiſcar vigilare. 6 Verr. Hoc me memini dicere. 1 De Leg. Juri ſtudere te memini. 1 Attic. De comitiis tibi me permiſiſſe memini. Pro Mil. Meminit etiam ſibi vocem præconis modó defuiſſe. Hæc anomalia temporum præſentis pro præterito hîc invaluit. Aliquando deliberativum ipſum reticetur. 5 Verr. Ridere convivę, cachinnari ipſe Apronius. intelligitur enim *cœperunt, cœpit*. Contrá infinitum verbum aliquando reticetur. Teren. Eun. Et fidibus ſcire, pretium ſperans. in Brut. Non enim tam præclarum eſt ſcire Latiné quám turpe neſcire.

Cap. 10, de rectione verbi motus.

V*Erbum motus ad locum regit ſupinũ ſecundum ab omni numero & genere abſolutum*. 3

Orat.Imúsne ſeſſum?erſi admonitum venimus te,non flagitatum. Ubi eadem illa de qua paulo anté,periphraſis eſt infiniti futuri perpetui acti- vi. Plaut. Mil. Credo te facilé impetratum ire. Itē paſſivi:15 Att. Brutum viſum iri á me puto. Att. Multó firmiús acta tyranni comprobatum iri. Ter. And. Poſtquam audierat non datum iri filio uxorem ſuo. Aliquando autem infinitum perpetuum pro ſupino hîc regitur. Plaut. Pœn. Venerat autem petere. Ter. Eamus videre. Sed rarius hoc eſt. Verbum motus é loco rexit aliquando primum ſupinum. Plaut. Obſonatu redeo. Cato, Cubitu reſurgo.

Cap.11, de rectione verbi infiniti & imperſonalis.

DIctum eſt de rectione verbi finiti perſonalis. Jam tempus eſt dicendi de rectione verbi infiniti & imperſonalis.

Verbum infinitum perſonale perpetuum regit ante ſe accuſativum. Terent. Meum natum rumor eſt amare. Poſt ſe autē regit caſum ſui verbi finiti. Terent. Quapropter teipſum purgare ipſis coram, placabilius eſt. Ultimum & gerundium & ſupinum plerunque imperſonaliter acceptum regit etiam caſum ſui finiti. Plaut. Aliqua conſilia reperiendum eſt. Varro, colligendum eas in vas aliquod. Sed id potius, quamvis Græcis uſitatum ſit, per gerundivum dices, Aliqua conſilia reperienda, Colligendæ in vas aliquod. In neutris tamen & deponētibus valebit.

ad.Lent.Temporibus aſſentiēdum. Pro Seſtio, Reipub.conſulendum, dignitati ſerviendum. 7 Att.An miſero bello eſſet utendum. Supinum autem ſecundum frequens eſt in ſimili ſyntaxi. Att.Huic quoque rei ſubventum eſt,Ejus orationi reclamatum eſt.Nam rectionem activam cum verbis motus ad locum tantum obtinet. Ter.And.Cur te is perditum? ibidem, Miſſa eſt ancilla ilico obſtetricem accerſitum. Quod & in paſſiva oratione locū habet.ibid. Poſtquam audierat non datum iri filio uxorem ſuo. Quin & accedere poteſt paſſiva rectio.15 Att.Brutum viſum iri à me puto.

Cap.12,de rectione imperſonalium.

IMperſonalium rectio quorūdam propria eſt. *Refert & intereſt commoditatē vel officium ſignificantia,regunt genitivum.*Sal.Illorum retuliſſe videretur.Pro Dom. Reipublicæ intereſſe putavi. 3.Epiſt.Utriusque noſtrum intereſt.Sic ejus,ipſius,illius refert,intereſt. Excipe genitivos ſeptem,mei,tui,ſui,noſtri,veſtri, noſtrum, veſtrum:pro quibus uſurpātur poſſeſſiva, ut refert & intereſt mea,tua,ſua,noſtra,veſtra : item cuja.Pro Mu.Ea cædes potiſſimùm crimini datur ei cuja interfuit,non ei cuja nil interfuit.

*Refert etiam & intereſt admittunt genitivos illos pretii & æſtimationis,tanti,quanti,magni,parvi.*In reliquis ſæpius habent multum,plus,plurimum,magis, minus, parum, paululum,pauxillulum,nihil,aliquid.

Quinque impersonalia, Miſeret, vel miſereſcit, vel miſeretur, tædet, piget, pœnitet, pudet, regunt accuſativum rei cum genitivo patientis. Teren. Heaut. Menedemi vicem miſeret me. ibidem, Me tuarum miſertum eſt fortunarum. ibidem, Te nunc inopis miſereſcat mei. Pro Ligar. Cavete fratrum pro fratris ſalute precantium vos miſereatur. 2 Att. Prorſus nos vitæ tædet. pro Dom. Me non ſolúm piget ſtultitiæ meæ, ſed etiam pudet. Ter. Phor. Omnes noſtrimet nos pœnitet. 1 Verr. Sunt homines quos libidinis & infamiæ ſuæ neque pudeat neque tædeat.

Cap. 13, de rectione adverbiorum.

HActenus rectio fuit vocũ numeri. Rectio adverbiorum deinceps erit: quæ varia admodum eſt.

Derivativa primitivorum caſum retinent. 10 Att. Nihilo minús. In Brut. Omnium elegantiſſimé. Qualia ſunt, Mihi ſimiliter, Tibi æqualiter, Naturæ convenienter & congruenter.

Adverbia loci regũt genitivum pleonaſmi quidem, ſed tamen uſitati. 5. Att. ubi terrarum eſſes. 2. Phil. ubicunq; terrarũ. 6. Att. Tu autem abes longé gentium. 2. Cat. Ubinam gentium. Plaut. Ru. Quovis gentium? idem, unde gentiũ? Paulo etiã ſecus illud 9 Att. At quám honeſta, quám expedita tua conſilia, quá itineris, quá navigationis, quá congreſſus ſermoníſque cum Cæſare? id eſt, partim de itinere, partim de navigatione. 11

.11 Att. Quoad ejus fieri poterit.

Adverbia temporis, pridie, id eſt præcedenti
e, poſtridie, id eſt poſtero die, triplicem ſynta-
m habent. 11 Att. Illam ſententiam pridie e-
s diei fregeramus. Cæſ.1, Poſtridie ejus diei.
Ep. Poſtridie abſolutionis. Hîc genitivus eſt.
Phil. Qui, cùm pridie frequẽtes eſſetis aſſenſi,
ſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis devoluti.
îc reticetur caſus temporis antè expreſſi. At-
c. Pridie compitalia, Pridie nonas, Pridie ca-
ndas. In his accuſativus eſt: ubi tamen Gram-
atici quidem intelligunt *ante*. Poſtridie Idus,
oſtridie ludos. in his item accuſativis *poſt* reti-
eri putant. De amicit. Pridie quàm exceſſit é
ta. 12 Epiſt. Poſtridie intellexi cùm à vobis diſ-
eſſi. Ad Attic. uſque ad pridie Calendas.

Adverbia quantitatis Parum, Satis, genitivũ
gunt. Plaut. Parum malæ rei. Terent. And. Pro
eccato magno paulum ſupplicii ſatis eſt patri.
delph. Agelli hîc ſub urbe eſt paululum. Te-
ent. Phorm. Satis jam verborum eſt. ſic tan-
um, quantum, multum.

En, ecce & o, nominativum vel accuſativũ re-
unt. 13 Epiſt. En hic ille eſt. Plaut. in Amph. En
ectum, en tegulas, en obductas fores, en ludifi-
atum herum. 14 ad Attic. Ecce autem Anto-
ius. 2. de Finib. Ecce miſerum hominem. Pro
Cæl. O conſuetudo peccandi. 3. Phil. O præcla-
um cuſtodem ovium, ut ajunt, lupum.

Hei eſt ſine caſu, vel dativum aut vocativum
regit. Terent. in And. Hei vereor. Cic. Hei mihi.

Terent.in Eun.Hei noſter,laudo.

Heu dativum, accuſativum,vocativum regit. Plaut.in Merc.Heu miſero mihi.Virg.*Heu fuge, nate dea.*in Tuſc.Heu me infelicem.

*Heus vocativum regit.*Ter.in Heaut. Heus heus Syre.

*Væ dativum regit.*Terent.Væ capiti tuo.

Pro accuſativū regit & vocativū. 5 Tuſc. Pro deûm atque hominum fidem.Terent.in Adelp. Pro ſanćte Jupiter.

Cap.14,de rectione præpoſitionum accuſativi caſus.

PRæpoſitiones,nativam loci ſignificationem habent:ſed temporibus,perſonis,rebus,frequenter inſerviunt. Ex his quædam regunt unicum caſum,quędam duos.unicum,accuſativum aut ablativum. Accuſativi caſus præpoſitiones ſunt una & triginta.

Intra,extra.Pro Cæl. Ingrediens intra finem hujus loci.in Verr. Itra decem annos. 9 Epiſt. Intra legem. Terent. in Phorm. Extra oſtium. pro Syll.Extra conjurationem,jocum,modum, culpam.7 Epiſt. Extra ducem paucosque.

Apud,penes. apud ignem aſſidere:apud Senatum.2 Attic.apud me.4 Attic.apud te. 5 Att. apud Pompejum:quomodo dices potiús quám apud domum meam,tuam Pompeji: licet idem ſit.Penes ſcenam exercitatus. pro Dom. penes Cenſorem judicium Senatus de dignitate majores eſſe voluerunt.

Secus,

Secus, ſecundum. Plin. lib. 10, cap. 24, Naſcitur ſecus fluvios. 16 Attic. Iter ſecundum mare ſuperum faciunt. 2 Off. Proxime & ſecundum deos homines hominibus maximé utiles. Cic. 1 Orat. Secundum hunc diem. 1 Verr. Secundum binos ludos. 4 Verr. De abſente ſecundum præſentem judicare. Sæpe autem intelligitur, Pro Am. Duo filii id ætatis. Varro. Ab id genus aliis, ſed præſertim in poëta, ut

Os humerosq; Deo ſimilis.---

Juxta, prope. Plaut. Juxta te ſum. Juxta deos, id eſt, gratia deorum. Juxta libertatem, id eſt, ſecundũ. Prope montes. 1 Ep. prope cal. Sextiles.

Ante, poſt, pone. Ante focum. 14 Ep. Ante oculos. 8 ad Attic. Quem ante me diligo. 2. de Invent. Multo ante lucem ſurrexit. 9 Attic. poſt diem quartum. pro Balb. Poſt genus hominum natum. 11 Phil. Poſt homines natos. in Piſ. Poſt hominum memoriam. Cæſ. 7, Poſt tergum. Pone caſtra. De univerſ. Pone quos.

Cis, citra, præter. Cis feré montium & fluminum nominibus additur. 7 Attic. Quoad hoſtis cis Euphratem fuit. 3 Epiſt. cis Taurum. Cæſ. 6, Citra Rhenum. Citra pulveris jactum, id eſt ſine. Liv. lib. 40, Præter mœnia fluere. Sic præter ripam, oculos. Præter cæteros divinare. Præter expectationem, fidem, modum, naturam, conſuetudinem. 7 Attic. Omnes præter eum de quo egimus.

Ultra, trans. 9 Att. ultra Silianam villam eſt. 4 Tuſc. Ultra modum progredi. 12 Att. Cogito

interim trans Tyberim hortos aliquos parare. pro Mil. trans ripam inſpicere. Hæc præpoſitio in compoſitione retinet feré caſum. 2. de Nat. Grues maria tranſmittunt. Cæſ. 1, Flumen Axonam exercitum traducere maturavit. Idem 4, Exercitum modó Rhenum transportaret.

Inter. 1 Leg. Uſúcapionem duodecim tabulæ inter quinque pedes eſſe voluerunt. 7 Verr. Inter manus. 3 Fratr. Valent pueri, ſtudioſé diſcunt, & nos & inter ſe amant. 1 De Div. Nosq; inter nos complexos narrabat. Sed alter caſus ſæpius reticetur. 2 de Orat. Qui cúm inter ſe, ut ipſorũ uſus ferebat, amiciſſimé conſalutaſſent. Hinc etiam, Inter nos tot unus inventus. Virgil. 9 Ecl. *Inter agendum*, id eſt, dum agis. Plaut. in Ciſtel. Sed inter rem agendam. Potiús tam en per nomen dices. 3 Fratr. Hoc inter cœnam Tyroni dictavi. 7 Epiſt. Iulluſeras heri inter ſcyphos. Terent. in Eun. inter vias. Aliquando hæc judicialis vox eſt. 2 Phil. Eos inter ſicarios defenſurus. Quomodo iureconſulti dicunt, Inter reos deferre.

Inter, cum relativo reciproco & demonſtrativo convenientiam præter caſum propriam habet. Nominativo enim vel accuſativo præcedente, ſolũ reciprocũ adhibetur. 3. Offic. Quód inter ſe omnes partes quodam lepôre conſentiunt, ibidem, Damonem & Pythiam Pythagoreos ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe. At genitivó, dativo, ablativo antecedente, adhiberi poteſt etiam pro reciproco demonſtrativum. Terent.

rent.in Adelp. Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.In Bruto,Ipſorum inter ipſos conceſſu.in Phil.Quorum ſuum quondam inter ipſos odium meminiſtis. 2.Att.Iſtorũ inter iſtos diſſenſio.1.Offic.Multa ſunt civibus inter ſe cõmunia.ibidem,Latiſſimé patens hominibus inter ipſos ſocietas hæc eſt. Quint,lib.6. cap.2,A doctis inter ipſos etiam mutuó reprehenſa.Poſſit etiam dici a doctis inter ſe.

Erga & contra feré nativam loci ſignificationem amiſerunt,& aſſumpſerunt ſtudii & odii. 1 Epiſt.Ego omni officio ac potiús pietate erga te cæteris ſatisfacio omnibus.Pro R.Com..Repugnare & reſiſtere contra veritatem.2.Phil.Homo diſertus nõ intelligit,eum quẽ contra dicit, laudari á ſe,eos apud quos dicit,vituperari. Cæſ. 7.Contra omnium expectationem. ſic contra opinionem,ſpem,legem,naturam,officium.

Ad,uſque.De Sen.ad focum ſedere. Sic,Ad judices,patres,Quirites,populum.1 Cat. ad M. Leccam te habitare velle dixiſti.Terent.ad dextram,ad ſiniſtram.4 Att.ad quid laboramus res Romanas?pro Pomp. Locus ad agendum ampliſſimus.2 de Orat.Licinium ſervum ſibi Gracchus habuit ad manum.Item,ad arbitrium ſcribere,ad normam & ſimilitudinem dirigere,ad ſpeciem adumbrare,ad aſpectum præclarus. 1 de Div.Mirari licet quæ ſunt ánimadverſa á medicis herbarum genera,quæ radicum ad morſus beſtiarum,ad oculorum morbos. 1 de Div. Ad lucem dormire.in Somn. Ad multam noctem

vigilare. 2 Philipp. Ad veſperum perpotare. 12 Att. Ad decem annos. Uſque adoleſcētiam meam proceſſit ætate. Hîc à Brunduſio uſque Romam perpetuū agmen viderem. Sed ferè cum Ad componitur. Terent. Andr. Verberibus cæſum uſque ad necem.

Verſus, ſemper poſtponitur: Adverſus inde compoſitum, præponitur. Plaut. Ego portum verſus pergam. Adverſus & adverſum. Cicero 1 Offic. Sunt autem quædam officia etiam adverſus eos ſeruanda, à quibus iniuriam acceperis. Pietas eſt juſtitia aduerſus deos. At Sal. Animadvertit ad ſe fugam verſus fieri. Hîc partes compoſiti ſeparatæ ſunt.

Ob, pro Poſth. Ob oculos verſari. pro Marc. Ob delictum pœnas dii expetunt. Interdum reticetur. Terent. in Eun. Nunc id prodeo ut conveniam Parmenonem.

Per, propter. Per totam caveam ire. 5 Verr. Per beneficium & gratiam aliquid concedere. pro Dom. In bona fortunasq; locupletum, per cauſam inopum atque imperitorum, repentinos impetus cōparare, id eſt per ſpeciem. Hinc item, Aliquot jam per annos. Sic, per eos dies. 2 de inv. Propter Lacedæmonem fluit. 4 Verr. propter ædem Vulcani. 1 Epiſt. propter tuum in me amorem.

Infra, ſupra. 2 de Nat. Infra Saturnum Jovis ſtella. Poſt red. Infra omnes mortuos amandati. In Somn. Supra Lunam ſunt omnia æterna. ad Octav. ſupra ætatem, conſuetudinem, ſupra

etiam

etiam mortalitatem.

Circa,circum,circiter.2 Agr.Circa Capuam. Circa curam valetudinis tuæ.Circa eum menſé.

Circum.2.Verr.Curſare circum tribus. Verſari circum axem cæli.

Circiter.Plaut. Ciſt. Loca hæc circiter excidit mihi.Hinc Circiter meridiem.

Cap.15, de rectione præpoſitionum ablativi caſus.

PRæpoſitiones ablativi caſus ſunt 14.

Præ.Liv.lib.1,Præ ſe armentum agens. Hinc,præ nobis beatus. in Brut. Illos Atticos præ ſe pené agreſtes putat. pro Rab.præ me fero.9 Att.præ lacrymis.

Pro.2 Phil.pro æde Jovis Statoris.3 de Orat. pro omnibus.pro Arch.Se gerere pro cive. Pro dignitate,pro conſuetudine.

Cum:Cic.Cum poteſtate eſſe.

Sine:Sine auro ornata.Terent.Imperium ſine fine.

Coram, palam. In Piſ. Coram genere meo. Liv.lib.6,Palam populo.

Tenus ſemper poſtponitur.pro Dejot. Tauro tenus.Liv.26,umbilico tenus.1 Leg. Verbo tenus.Regit autem genitivum pluralem res geminas ſignificantem,aut ſingulari carentem:ut, Quint.12,Autium tenus,Virg. Crurum tenus. in Epiſt. Cumarum tenus. Hæc ſola præpoſitio genitiuum regit.

De,ex,e,ab,abs,absquè,a,etiam loci ſunt?ſed

cauſam magis oſtendunt, & in multam ſyntaxim adjectivorum & verborum priús expoſitam incurrunt, eamq; vehementer & adjuvant & illuſtrant. De,ex,ab, omnibus literis præponuntur: e & a ſolis conſonantibus. De,ex,e,oſtendunt materiam. Ciceronis liber de Officiis, de Oratore,& ſimiles librorum tituli. Att. De lingua Latina ſecuri es animi. Etiam in quibuſdam adhibetur in quibus antea nō fuit. pro Lig. De quibuſdam reminiſcentem recordari. Deferre de repetundis,De ambitu damnari, Accuſare de negligentia,de veneficiis,Ciceronis ſunt contra analogiam judicialium,de repetundis pecuniis,de majeſtate.

Ex: Statua ex ære facta, ſimulacrum ex ære, poculū ex auro,bucula ex auro, Ciceronis ſunt. 9 Epiſt.Ex pedibus laborare. Aliquando eſt ſecundum,ut in Adelph. Ex æquo & bono. Pro Amerino,Ex ſua natura cæteros fingere. Servit comparationi & partitioni: 4 Fin. Primi ex omnibus Philoſophis. 3 Att.unus ex omnibus amicis.pro Cluent. Paucos ex multis ad ignominiam ſortiri.Cæſ.1,unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere. Pro arch. ut primúm ex pueris exceſſit. 9 Att.ex eà die venti Septentriones fuere.

E: 4 Acad.E ſaxo ſculptus,aut ebore delatus. 2 Tuſc.Laborare é renibus. 1 Phil.Languere é via.De Fin.Hunc ſtatum corporis expetit, qui eſt é natura maximé.ſic,é republica.

Ab: Terent.Andr.Otioſus ab animo, 1 Att. Inops

Inops ab amicis.

Abs,præponitur ſolis t & q. Terent. in Phormione, Abii abs te. Item Adelph. Abs quiuis homine.

Abſque: Plaut. Abſque te ſi fuiſſem hodie.

A: in Epiſt. Aliud á libertate communi. in Luc. A te totus diverſus. Vacuus á ſuſpicione. Poſt red. Nudus á propinquis. 9 Ep. Alienus á dignitate. Qui erant á Platone, id eſt Platonici, vel Platonis diſcipuli. Verbis paſſivis & eorum affinibus junctæ præpoſitiones hæ, cauſam agentem exprimunt. Quint. lib. 12. cap. 1, Fabricius reſpondit, á cive ſe ſpoliari malle quám ab hoſte vænire. Idem lib. 9, cap. 2, An ab eo fuſtibus vapulaſſet. 10 Epiſt. Cúm ei magnum convitium fieret cuncto á Senatu. Pro Milon. Beatos eſſe quibus ea res honori fuerit a ſuis civibus. Eandem ſyntaxim imitantur verba petendi, recipiendi, removendi. 6 Attic. Binas á te accepi literas. 4 Acad. Cúm á veris falſa nō diſtent. Peto á te. Hoc genere ſermonis etiam gerundium in do, & ſupinum in um comprehenditur. 2 de Orat. A dicendo refugiſti. 1 Epiſtol. Ab omnibus reclamatum eſt. Pro ſupino item in illis, obſonatu redeo, cubitu reſurgo, longé elegantior per nomen efficitur oratio. Cæſ. A decimæ legionis cohortatione: á pabulationibus. Quomodo antea fuit elegantius, Inter cœnam, & inter ſcyphos, quám inter cœnandum, & inter potandum.

Cap.16, de rectione præpoſitionum utriuſq; caſus.

ACcuſativum & ablativum regunt ſequentes præpoſitiones: ſed accuſativum cū verbo motus, ablativum cum verbo quietis.

In cum accuſativo. In Brut. In vitam pauló ſeriús tanquam in viam ingreſſus. 7 Verr. In carcerem includere. Sed hic uſus eſt varius. 2. Att. Includere in carcere. 2. Phil. Incidere in æs. & 6 Ver. In ære. Pro Planc. Ponere in oppido. 3 Phil. Ponere in poſſeſſionem. 7 Att. Proponere in publico. 2. Agrar. In publicum. In reos referre, ut antea Inter reos deferre. In annos ſingulos. 2 Orat. In diem vivere.

In cum ablativo. 6 Verr. Non modó in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multis eſſe. Cum gerundio in do. Ter. And. In denegando modó quis pudor eſt paululū? Quædam tamen exempla accuſativum admittunt. Terent. Adelph. Vereor te in os laudare. 1 Verr. hoſtilem in modum. 7 Verr. præclara navis in ſpeciem.

Sub cum accuſativo. 2 Phil. Sub ſcalas ſe conjicere. 3 Fin. Sub delectum cadere.

Sub cū ablativo. de Nat. Homines ſub terra habitātes. 10 Eph. Sub manu tabellarios habere.

Aliquando etiam cum verbo quietis habet accuſativum, & cum verbo motus ablativum. 3 ad Fratrem, Eſt ſub tectum. De Univ. Nullo poſito ſimulacro ſub oculis. Cúm tempori jungitur, accuſativū feré habet. 2 Frat. Sub dies feſtos. Cæſ. 2, Sub veſperum.

Super

Super & ſubter. 2 Leg. Super terrę tumulum. 1 Tuſc. Plato cupiditatē ſubter præcordia locavit. 16 Att. Hac ſuper re ſcribam ad te. 9. Æneid.

--- *ſubter denſa teſtudine.* ---

Procul. Liv. 13 lib. Locus procul muros 7 Ep. Patria procul. Colum. Procul vero.

Clam. Plaut. in Merc. Clam patrem. 15 Att. Clam iis. Hinc clanculum.

Verba cum præpoſitionibus compoſita ſæpe retinent caſum præpoſitionis. Liv. Te adeunt. Cicero ſæpiſſimé præpoſitionem repetit, ut Ingredi in urbem. ſic Ter. Accedere ad ignem.

Cap.13, de ellipſi præpoſitionum.

Ellipſis Syntaxeos in variis antea partibus intellecta eſt: prępoſitionum veró ellipſis longé uſitatiſſima eſt in nominibus cauſſæ & menſuræ, in propriis nominibus oppidorū. In cauſſa materiali ellipſis eſt rarior. Liv. 6, Capitolium quoq; ſaxo quadrato ſubſtructum eſt. Sed longé frequentior eſt in efficiente. 2 Orat. Gloria clarus, authoritate grauis, humanitate politus. 15 Ep. Suſpenſus expectatione. 11 Ep. Captus dulcedine. 3 Leg. Pendere ſpe cæca. (At etiam 8 Att. Pendere animi) 9 Attic. Angi expectatione. 12 Phil. Diſcrucior amore. item Ter. Adelp. Diſcrucior animi.

Hujus ſyntaxeos eſt etiam ablativus inſtrumenti & modi, cúm hic etiam ſit efficiens quædam. pro Mil. Vulnus in latere, quod acu punctum videretur. pro Dom. Lapidibus appetere.

1 Leg. Cato ortu Tuſculanus, civitate Romanus. Quó pertinet & gerundium in do. Terent. Adelp. Defeſſus ſum ambulando.

Menſuræ ſpeciale nomen frequenter in accuſativo ponitur, aliquando etiam in ablativo. Cæſ. 7. Foſſas quinosdenos pedes latas. Plin. Longum ſeſquipede, latum pede. Idem, Muris ducentos pedes altis, quinquagenos latis. Cæſ. 7, Turres quæ pedes octoginta inter ſe diſtarent. idem, 1, Millia paſſuum tria ab eorum caſtris caſtra ponit. ibidem, Hoſtes ſub monte conſediſſe millia paſſuum ab ipſius caſtris octo. Quo in genere ſermonis ellipſis eſt præpoſitionis Per, vel Secundum, vel In.

Exceſſus tamen nomẽ in ablativo tantùm ponitur. Plaut. Trin. Seſquipede eſt quam tu lõgior.

Temporis ſpatium quod per Quamdiu intelligitur, tanquam menſuræ ſpeciale nomen, in accuſativo ponitur. 2. Phil. Ab hinc annos propé viginti. Ter. Ab hinc annos quindecim. Hic *ante* videtur intelligi. & ſic in illa orationę, *Pridie compitalia, poſtridie ludos*, Grammatici *ante* & *poſt* intelligi cenſent. Atq; his præpoſitio interdum exprimitur. Plin lib. 15, de mãlo Romam Carthagine delato: Atqui tertium (inquit) ante diem ſcitote deceptum Carthagine, id eſt, ab hinc tertium diem. Sic illa Ciceronis, Aliquot jam per annos, Per eos dies, Per decem annos. Liv. Obſidio vix in paucos dies tolerabilis.

Ablativus etiam reſpondetur aliquando, ſed Ciceroni rariús. Pro Com. Roſcium cum Fannio

nio decidiſſe. Quo tempore? Abhinc ann quindecim.

Temporis tamen terminus qui per quando *intelligitur, in ablativo tantùm ponitur.* 2. Verr. Hora nona convenire cœpiſtis. Pro Mil. Clodius reſpōdit triduo illum, ad ſummum quatriduo, periturum. 1. Tuſc. Regnante Tarquinio Superbo Pythagoras in Italiam venit. Sal. in 5, Audito Marcium Regem proconſulem per Lycaoniam cum tribus legionib. in Ciliciam tendere. Virg. 7 Æneid.

—*Non vobis rege Latino*
Divitis uber agri Trojaque opulentia deerit.

Hæc enim omnia per *quando* explicantur: quando regnabat Tarquinius, quando auditum eſt, dum rex erit Latinus. Martial.

—*Et Bruto conſule vina bibes*:

id eſt, vina nata dum Conſul erat Brutus. Atque hîc etiam præpoſitio nonnunquam additur, Terent. And. Feré in diebus paucis, quibus hæc acta ſunt. idem, Poſtremo & quâ in die parva periiſſet ſoror. 4. Verr. Non, opinor, id ages, ut iſta pecunia in quinquennio conſumatur in ſtatuis. 2. Frat. Naviges de menſe Decembri. pro Mur. De nocte vigilare. Quó & illa videntur ſpectare. Teren. And. In denegando modó quis pudor eſt paululum? Ibidem, In cognoſcendo tute ipſe aderis.

Atque hæc á præpoſitionibus abſoluta cauſſæ & menſuræ rectio eſt, ſupereſt ſimilis rectio in propriis nominibus oppidorum, quæ pro va-

ria motus & quietis differentia vario caſu reguntur.

Proprium nomen oppidi ponitur in accuſativo, ſi motus ad locum ſignificetur: vel in ablativo, ſi motus ſit per locum, vel é loco. 8 Att. Theanum, Sidicinum veniſſem. 3 Tuſc. Cumas ſe contuliſſe dicitur. Liv. Carthaginem novam in hyberna eſt deductus. hîc compoſitum nomen eſt. idem lib. 23, Capuam flectit iter, luxuriantem longa felicitate ac indulgentia fortunæ. Ad Attic. Iter Laodicea faciebam. 3 Epiſt. Epiſtolas ad me Q. Servilius Tarſo miſerat. Aliquando præpoſitio additur, ut ellipſis inde ſit notior. Cæſ. 1, ad Genevam pervenit. 6 Verr. ad Meſſanam tranſire. 2 Acad. Veniſſe á Roma. 4 Ep. Ab Epidauro navi advectus. A Brunduſio uſque Romam.

Si quies ſignificetur, proprium nomen oppidi ſingulare pariſyllabum, ponitur in genitivo: impariſyllabum in dativo vel ablativo: plurale quodvis in ablativo. 3 Epiſt. Cúm enim Laodiceæ, cũ Apameæ, cúm Synadis, cúm Philomeli, cúm Iconii eſſem. 17 Att. Fuiſſe Carthagini. De Somn. Lacedæmone honeſtiſſimum eſſe præſidium ſenectutis. 1 Off. Audientem Cratippum, ídque Athenis. Porró in genitivis & dativis uſus eſt, non ars: in ablativis tamen præpoſitio intelligi poteſt, ut in vulgarib. linguis, imó veró in Græca, ubi nomen oppidi á præpoſitione perpetuó regitur. In nominibus autem vicorum præpoſitio additur: Cic. In Cumano cúm eſſem.

Pauca non propria oppidorum eandem Syn-

taxim ſequuntur, ut accuſativi, domum, rus: ablativi, domo, rure: genitivi, domi, belli, militiæ, humi: dativus & ablativus, ruri & rure.

Cum caſibus domi & domum adjectiva conjunguntur mea, tua, ſua, nostra, veſtra, aliena: 2 Phil. Pompejum domum ſuam compuliſtis. 2 de Orat. Rus ex urbe evolare. Teren. Eun. Domo exulo. in Piſ. Me domo mea expuliſtis. Att. Rure jam redieram. 4 Epiſt. Nónne mavis ſine periculo domi tuæ eſſe, quám cum periculo alienæ? 5 Tuſc. Diodorus multos annos noſtræ domi vixit. 3 Verr. Jactatur domi ſuæ vir optimus. 7 Att. Domi Cæſaris: & cum ſimilib. ſubſtantivis. Cum reliquis caſibus illis abſolutis adjectiva rara ſunt. 16 Att. Malo cnm timore domi eſſe, quám ſine timore Athenis tuis. 2 Offic. Quibuſcunque rebus vel domi vel belli poterunt, Remp. augeant. 5 Tuſc. Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita. 2 Cat. jacere humi. 2 Tuſc. Nil mea intereſt humíne an ſublimé putreſcam. 3 Offic. Ruri habitare. 13 Att. Quam equidem rure eſſe arbitror. Offendes etiam alia nomina in ſimili ſyntaxi. Terent. Qua quærere in iſtam via? pro Pomp. Quantas ille res terra maríque geſſerit.

Cap. 18, *de proſodia & orthographia orationis.*

SYntaxis genera & ſpecies adhuc fuerunt, ſupereſt una proſodiæ & orthographiæ in oratione differentia & diſtinctio é clauſulis & in-

terpunctionibus, quas animæ interclusio & ſpiritus anguſtia attulerunt. Id inventum (ait Tullius) ita ſuave accidit, ut ſi cui ſit infinitus ſpiritus, tamen eum perpetuare verba nolimus. Diſtinctio autem eſt imperfectæ aut perfectæ ſententiæ. Imperfectæ ſententiæ diſtinctio ſpiritum ſine reſpiratione ſuſtinet, ac ſuſpendit: eaq́ue eſt ὑποστιγμὴ aut κόμμα. ὑποστιγμὴ, vel ſubdiſtinctio, dicitur, qua ſubdiſtinguitur, modica ſpiritus mora, inter medium verbum quod antecedenti & conſequenti ambigué attribui poſſit: & hac virgula notatur, ut, Summa quidem authoritate Philoſophi, ſeveré ſané atque honeſté, hęc tria genera confuſa, cogitatione diſtinguunt. Κόμμα, vel inciſum, eſt quo paulo majore mora inciditur aliqua antecedens ſententia á conſequentis perfectione, notaturq́ue hoc ſemicirculo, ut, Quicquid enim juſtum ſit, id etiam utile eſſe cenſent: itemq́ue quod honeſtum, idem juſtum. Inciſum veró ſæpe conjunctione exprimitur, nec ideo aliter notatur, ut,

Uná Eurusq́; Notusq́; ruunt creberq́; procellis
Africus, & vaſtos tollunt ad litora fluctus.

Parentheſis, id eſt, interpoſitio vel interclusio, etiam inciſum eſt. pro Mil. Vidi enim (nam tu aberas) noſtros cupere bellum. Sed utrinque notatur ſemicirculis. Perfectæ ſententiæ diſtinctio reſpirationem habet moræ plenioris, ſpiritumq́ue deponit: eſtq́ue κῶλον aut περίοδος. Κῶλον, vel membrum, eſt quo diſtinguitur ſententia perfecta quidem, ſed alteri conjuncta, minore depo-

depoſiti ſpiritus tempore: notandumque puncto ad ſummam literam poſito, aut duob. punctis, ut ſuperiora illa omnia, in *cenſent*, *juſtum.* περίοδος, vel ambitus, circulus, circumſcriptio, cōprehenſio, eſt quando ſpiritu plané omninoque depoſito, ſententia perfecta concluditur: notaturq; ejus & initium majore litera, & finis puncto ad imam literam ſic poſito. ut, Ammonius regis legatus aperté pecunia nos oppugnat. Cōſtare veró poteſt periodus é ſententiis membriſque compluribus: longiſſima veró eſt, quæ volvi uno ſpiritu poteſt. Sed hic naturæ modus eſt, artis alius: ut quatuor quaſi hexametrorum inſtar verſuum ſit plena comprehenſio. Sic enim á Tullio definitur. Sed omnium diſtinctionum exempla conjungamus, ut, Summa quidem authoritate philoſophi ſeveré ſané atque honeſté hæc tria genera cōfuſa cogitatione diſtinguunt: quicquid enim juſtum ſit, id etiam utile eſſe cenſent: itemque quod honeſtum, idem juſtum: ex quo efficitur, ut quicquid honeſtum ſit, idem ſit utile. Eſto & alterum omnium interpunctionum exemplum:

Arma virumq; cano, Trojæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus Lavinaq; venit
Litora· multum ille & terris jactatus & alto,
Vi ſuperûm, ſævæ memorem Junonis ob iram·
Multa quoq; & bello paſſus, dum conderet urbē,
Inferretq; deos Latio, genus unde Latinum,
Albaniq; patres atque altæ mœnia Romæ.

Hæc periodus longiuſcula eſt: uno tamen ſpi-

ritu, vt rectè proferatur, continuanda. Itaque vox à teneris annis exercenda diligenter eſt, ut quamlibet magnis periodis ſufficiat. Atque exemplum Demoſthenis eſt inprimis & ſpectandum & imitandum: in quo, ut eſt Oratorio ſecundo, tantum ſtudium fuiſſe, tantusque labor dicitur, ut primùm impedimenta naturæ, diligentia induſtriaque ſuperaret: cumque ita balbus eſſet, ut ejus ipſius artis cui ſtuderet, primam literam non poſſet dicere, perfecit meditando, ut nemo planiùs eo locutus putaretur. Deinde, cùm ſpiritus ejus eſſet anguſtior, tantum continenda anima in dicendo eſt aſſequutus, ut una continuatione verborum (id quod ejus ſcripta declarant) binæ ei contentiones vocis & remiſſiones continerentur. Qui etiam (ut memoriæ proditum eſt) conjectis in os calculis, ſumma voce verſus multos uno ſpiritu pronuntiare conſueſcebat: neque is conſiſtens in loco, ſed inambulans, atque aſcenſu ingrediens arduo.

FINIS.

NOTÆ

Pagina 9, verſu Agnov.] *in quibuſdam codicibus invenies* gemitum. *P.* 15, *v.* til.] Dinacium *pueri nomen eſt apud Plautũ Sticho, ut etiam* Pegnium. *hoc,* παρὰ τὸ παίζειν, *a ludendo: illud,* παρὰ τὸ δινεῖν, *a celeri circumactione, qualis eſt vorticum in aquis, & turbinum in luſu puerili. P.* 19, *v.* is] *lege,* is verſo in ulus: *vel,* cis verſo in culus. *P.* 25, *v.* tu in] In caſu vocandi ſummo tono eſt prima, deinde gradatim deſcendunt: *Schol. Gramm. p.* 175, *ex P. Nigidio. Ibid. v.* mos] *pro* Lesbos *malim* Seſtos. *nam Stephanus, & Euſtathius apud Dionyſiũ pag.* 73, *tradunt Ephorum maſculino genere dixiſſe* τὸν Σηςόν. *Iiſdem teſtibus dicitur etiam* τὸ Ἄβυδον *in Italia genere neutro. apud Virgil. ambigué, Georg.* 1, — *oſtriferi fauces tentantur Abydi. P.* 26, *v.* thus] κρύςαλλος *Græcis pro glacie maſculinum eſt: pro gemma commune: &* πάπυρος *pro charta fœmininum eſt in Epigrammatis: pro ipſa planta maſculinum Theophraſto, fœmininum Dioſcoridi. Plinius vero & fœminino & neutro genere* papyrum *dicit.* Phaſelus *maſculino,* pharus *fœminino magis genere ponitur. P.* 31, *v.* tracto] *vocativus* Palla, *a maſculino nominativo* Pallas, antis, *invenitur apud Latinos pariter & Græcos. a fœminino autem* Pallas, adis, *non niſi apud poetas reperiri cenſeo, ut* ὦ Ἀνδρομάχη. *Græci grammatici in fœmininis oxytonis ex* ας *in* αδος *flexis vocativum faciunt nominativo ſimilem. Ibid. v.* ctib] Mille, *ſive* Mile, *ſubſtantive ſingulari numero non aptoton modo, ſed etiam diptoton reperitur, & fere fre-*

quentius. Vide Schol. Gramm. p. 198: *& Gell. lib.* 1, *cap.* 16, *Macrob. lib.* 1, *cap.* 5. *Pag.* 32. *v.* plur.] *ſcribe* verrês, *v minuſculo. Ibid. v.* Imm.] *ut* Achilli *&* Ulyſſi *apud Virgilium eſt pro* Achillei & Ulyſſei, *ſic apud Seruium ex Salluſtio*, Ad bellum Perſi Macedonicum, *pro* Perſei, *a recto* Perſeus, Περσεύ. *Apud Ovidium vero, - nota eſt iniuria Theſei*, συνίζησις *eſt vel ſynæreſis.* *P.* 33. *v.* pro] Myſin *&* Thain *rarius invenies, ſæpius* Myſidem, Thaidem, *ut* Chryſidem, Bacchidem, *& ſimilia, apud Terentium quoque. Græce quidem certe ut genitivum in* ιδος, *ſic & accuſativum in* ιδα *faciunt hæc nomina, quum recto caſu ſint oxytona.* *P.* 34. *v.* cuſſ.] *apud Horat. eſt* acinaces, *ut & apud Græcos* ἀκινάκης. Caſſis *veró, quod mox ſequitur, cæteris auctoribus eſt fœmininum, ac nominatim e maſculinorum numero excipitur a Priſciano lib.* 5: *ubi etiam improbat* hæc amnis anguis, funis. *Ibid. v.* trib.] *malim*, uter, utris, utrium, *ut ventrium, lintrium, imbrium. at patrum, matrum, fratrum, quũ petita ſint a Græcis, Græcam rationem ſequuntur.* *P.* 36. *v.* ctar.] βάκχαρις *legitur apud Dioſcoridẽ quoq;, apud Plinium veró & Heſychium* βάκκαρις *ſine aſpiratione, (ut* baccar *quoq; apud Priſcianum lib.* 7.) *apud Gal. in Gloſſis Hippoc.* βάχαρις *ſine* κ. *Porro* baccaris *fœminino*, baccar *autem neutro genere legitur apud Plin.* *P.* 38, *v.* drop.] Pharnax *legitur apud Priſcianum quoq; lib.* 5: *apud Florum vero, Juſtinum, Ciceronem, & alios*, Pharnaces, *ut* Φαρνάκης *apud Græcos. Ac forſaſſe* Pharnax *pro* Pharnaces *per ſyncopen dicitur,*

ut pa-

ut panax (apud Columellã lib. 11) pro πάνακες: itemq́ pro gentili Καππαδόκης nõ apud Latinos modo reperitur Cappadox, ſed apud Græcos quoq́ Καππάδοξ, teſte Stephano. Sed dubito de Candax & Briax, Κανδάκη, ης, Candace, es, apud Strabonem lib. 17, apud Lucam Act. apoſt. cap. 8, apud Plin. libr. 6, cap. 29, & apud Suidam in Alexandro Magno, Æthiopicarum reginarum nomẽ eſt. Et Bryaxis, idis, nomen ſtatuarii apud Plinium lib. 34, & 36. P. 42, verſ. ples.] apud Plinium libro 18, cap. 30, alii duos mergites legunt, alii duas: a Priſciano tamen lib. 5, in fœmininorum exceptione reticetur hoc vocabulum. P. 43, v. Neſ.] Pſophis, idis, i brevi legitur apud Ovidium & Stephanum. Ibid. v. maſcul.] piſtrix pro bellua marina fœminini generis eſt apud Ciceronem, Feſtum Avienum, & Pompeium Feſtum: diciturq́ etiam priſtis ab eodem Avieno, Germanico Cæſare, Plinio & Vergilio: ſed apud Plinium accuſ. plur. non modo priſtes invenimus, verumetiam priſtas, ut Græce quoq́ & πρίστης maſculino, & πρίστις fœminino gen. legitur, παρὰ τὸ πρίζειν, quod in modum ſerræ fluctus ſecet. Ibidem varix Horatio maſculinum eſt, Seneca fœmininum: perdix Græcis commune. P. 45, v. (ut &] ex veteri editione repone (conſors tamen cõſortis cõſortum adjectivũ) ut hac ſyncope diſtinguatur a ſubſtantivo conſortium, ii. Pag. 46, v. bus] Sinus, κόλπος, priore brevi: at Sinum pag. 27, v. 2, vas vinarium ſinuoſum Nonio & Varroni, priore producta apud Virgil. P. 50, v. cund.] paulo aliter in Rudimentis, p. 15, v. mavi. P. 57, v. meo,

d.] *pro* polleo *quidam malunt* palleo. *fortaſſe tamen & illud ferri poteſt.* *P.* 61, *v.* autem] Rutum (*inquit Priſc.lib.*10) *u corripit, per ſyncopam i vocalis.* *P.*62, *v.*do.p.] *malim*, parco parſi parſu, & peperci parcitu. *Ibidẽ v.*fligo] profligo *tranſit in primam conjugationem.* *P.* 64, *v.* demp.] *ſcribe* prompſi. *Ibid.v.* ſevi] *poſt* tero trivi tritu, *inſeri poteſt*, quæro quæſivi quæſitu, & compoſ. acquiro acquiſivi acquiſitu. ſic ſ. *P.*64, *v.* freq.] *rectius leges*, in compoſitis attendo, ext. *Ibid.v.* perd.] *recte ſcriptum* cecīdi *ſine diphthongo, quia ejuſmodi geminationes corripi ſolent. & ſic Lucan. lib.*4, donec vetuerunt caſtra cecidit, *apud Priſc. lib.* 10. *P.* 65, *v.* Gi] apage & apagete *Græcam habent flexionem.* *P.* 73, *v.* heri] Ita *tamen a pronomine* Is *derivatum creditur, ut* οὕτως *apud Græcos ab* οὗτος. *P.*76, *v.*ced.] *malim*, niſi, ni. ni *enim per apocopen ex* niſi *factũ eſt, ut* Nec *ex* Neque, Seu *ex* Sive, Neu *ex* Neve, *ideoq́;* Nec & Etiam *paulo ante ex ſimpliciũ numero in compoſitorũ catalogũ transferri poſſunt.* *Pauló póſt* Rationalem *cæteri grammatici nominant Ratiocinativã, Illativam, Concluſivam*, συλλογιστικὴν: *cauſalemq́; & rationalem accipiunt eandem, eam ſcilicet quam Græci vocant* αἰτιολογικὴν. *P.* 80, *v.* etc.] eclipſin *alibi rectius* ellipſin *dicit ut Græci.* *P.* 81, *v.* ſap.] *legendum videtur*, eſt ſuppoſitum ſec. perſ. *Ibid. v.* ult.] Pugnatum *in hoc loquendi genere*, Pugnatum eſt, *cæteri grammatici rectius accipiunt pro participio quam ſupino. & paſſionis. n. & præteriti temporis ſignificationem habet, quum in ſupino*

pino ſignificatio ſit actionis & temporis futuri. nam Abit pugnatum, *idem eſt quod* Abit ut pugnet, *vel* Abit pugnaturus: *ut Græce quoq;, πορεύεται μάχεσθαι, vel πορεύεται μαχησόμενος. At* Pugnatum eſt, *idem eſt quod* Inita & peracta eſt pugna. *Sic tamen loquitur etiam infra, pag.* 98, *v.* coram. *P.* 84, *v.* pitern.] *Rectius in Rudimentis, pagina* 34, *v.* 12, Quanquam omnibus finitis temporibus, Quamvis tantum ſecundis temporibus finitis convenit. *illa tamen lectio & in veteri & in nova Grammatices editione reperitur. P.* 88, *v. penultimo, in nova editione eſt*, Comparativus, ubi mentio fit de duobus ejusdem naturæ, & ſuperlativus de pluribus, regunt genitivum pluralem, quádo ſcilicet ſubſtantivum gradus continetur in caſu rectionis, ut, fortior manuum, fortior Ajacum. In Ciceronis Bruto, Eloquentium jurisperitiſſimus Craſſus, jurisperitorum eloquentiſſimus Scævola. Comparativus autem regit ablativum, ubi mentio fit de duobus aut pluribus diverſæ naturæ, id eſt, quando ſubſtantivum gradus nõ continetur in caſu rectionis. Horat. *P.* 98, *v.* 2, *poſt* flagitatum *ſic legitur in nova*, Unde eſt illa periphraſis futuri infiniti activi amatum ire, & paſſivi amatum iri. Plaut. Mil. Credo te facile impetratum ire, pro impetraturum eſſe: ut antiquiſſimi per neutrum genus aliquando dixerunt. Cato in 5 Originum, Illi polliciti ſeſe facturum omnia, per eclipſin eſſe, pro ſeſe factum ire. Lucilius in 16, ad Penelopam converſus ait, Nupturum te nupta ne-

gas, quod vivere Ulyſſem Speras: id eſt, nupturum eſſe, pro nuptum ire. Sylla 21 rerum ſuarum, Ad ſummam perniciem Remp. perventurum eſſe, pro perventum ire. 5. Verr. Hanc ſibi rem præſidio ſperant futurum. Gracchus, Inimicos hoc dicturum. Quadrigarius, Copias occupatas futurum. Idem, Deos benefacturum. Valerius, Omnia ex ſententia proceſſurũ. Plautus, Caſina ait te occiſurum. Laberius, Non putavi hoc eam facturum. Varro, Liber pollicitus eſt demonſtraturum. Terent. Ad me venturum conſtituit. Cicero etiam præſenti utitur pro futuro, ad Attic. Cato affirmat ſe vivo illum non triumphare, pro non triumphaturum. Sed uſus periphraſis é futuro in rus & infinito eſſe, frequentior eſt pro activo: pro paſſivo autem invaluit um iri. 15 Attic. Brutum viſum iri á me puto. Item, Multo firmius acta tyranni cõprobaturum iri. Teren. And. Poſtquam audierat nõ datum iri filio uxorem ſuo. Nec participium hic eſt futurum in dus da dum, ſed contra pro tali participio periphraſis eſt e præterito nomine & futuro infinito verbi ſubſtantivi fore. Cic. Sperare videor Scipionis amicitiam & Lælii notam poſteritati fore. Aliquando autem in fine.

Hæc in nova edit. ſunt addita ex Schol. Gramm. p.271. Vide & Gellium lib.1, cap.7. Ibid. v. ven.] *ſcribe,* Venerat aurum petere. *P.*101, *v.*mat.] *forſan legendum* quidam. *P.*107, *v.* Coram] *lege,* Coram genero m. *P.*114, *v.* pam.] *apud Stephanum* Synnada, *& olim* Synnæa, *gemino n, utpote*